COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.




TERTIAE DECADIS SVPPLEMENTVM I.

LIPSIAE MDCCLXXVII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.

Venduntur etiam
Lugduni Batauor. apud Fratres Luchtmann. Londini apud Fr. Elmsly
Venetiis apud I. B. Pascali, Romae apud St. Richard, Aug.
Taurinor. apud Giraud et Grauier.






WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



I.

Hiſtoria et commentationes Academiae Electoralis ſcientiarum et elegantiorum literarum Theodoro Palatinae. Volumen I. Mannhemii, Typis Academicis. MDCCLXVI. 4. 3. Alph. tabb. aen. 13. Vol. II. ib. MDCCLXX. 3. Alph. tabb. aen. 17.



Auctoritate Celſiſſimi Electoris CAROLI THEODORI anno 1763 orta et ſtabilita eſt haec academia*), quae hiſtoriam et phyſicam ſuis diſquiſitionibus praecipue illuſtrare conſtituit. Socii academiae ſunt: Praeſes LEOPOLDVS MAXIMILIANVS BARO DE HOHENHAVSEN, Praeſes honorarius IO. DAN. SCHOEPFLINVS, Director GEORG. DE STENGEL, Secretarius perpetuus ANDR. LAMEY: Ex ſociis reliquis, qui denarium numerum nunquam ſuperabunt, nominabimus phyſicos, b. FRANC. IOS. AB OBERKAMP **), FRANC. LEODEGAR. A SAILERN. PHIL. WILH. FLAD, COSM. COLINI, et WIN. PET. KELLING. ſecretario perp. adiunctum. Vol. I.

*) v. comm. noſtr. Vol. XII. p. 160.

**) vid. Vol. XXII. p. I. p. 3.

p. 15. Anno 1764. lege data eſt libertas ſocios exteros honorarios, et extraordinarios adſciſcendi. Deſcribuntur poſtea itinera a KREMERO et ſecretario inſtituta, ad detegenda antiquioris aeui monumenta, in quibus lapidum inſcriptiones narrantur.

p. 113. Deinde hic reperitur diſſertatio Cl. IO. HENR. DE IVSTI, qua *nouam et faciliorem et tutiorem methodum cuprum ex mineris cupreis obtinendi monſtrat*,
p. 119. et praemium ab Academia ideo reportauit. Minerae cupri ſulphure et arſenico mineraliſatae perperam immixtis carbonibus ligneis vſtulantur et funduntur, quoniam, parua phlogiſti quantitate, quae ſulphuri ineſt, expulſa, phlogiſton in carbonibus contentum denuo acido iungitur ſicque ſulphur reſtituitur. Arſenici volatiliſatio autem impeditur, cum omne ſemimetallum per phlogiſton fixum reddatur, et ferrum in mineris cupreis retentum facillime ab arſenico attrahatur. Praeterea etiam hac methodo multum cupri, temporis
p. 129. et ligni perit. Igitur, vt haec vitia corrigantur, opus eſt, vt minerae cupreae, atque ex his fuſus lapis ſulphureo metallicus, (*Kupferſtein*) et inter fuſionem et vſtulationem igni ita exponantur, vt ne carbonibus ligneis miſceantur; ſed materiae inflammabiles ab iis ſeparatae, tantum ignem efficiant, qui his vſtulandis et fundendis ſufficiat. Atque hoc obtinetur furno, ab Anglis *furno coupulo* nominato, cuius hic deſcriptionem et delineationem dat, correctam magis, quam quae a SCHLÜTERO data eſt. Deinde excellentiam, vſumque huius methodi pluribus demonſtrat.

Iam ad commentationum partem alteram phyſicam, cum prior hiſtoricos tractatus contineat, nos conuertimus.

IO. DAN. FLAD *de climate Palatino.* Praefecturarum atque regionum singularum altitudinem et profunditatem, soli naturam, atque plantas ibi cultas describit Cl. Auctor. *Rhenogauia* in profunda valle et admodum fertili humo vitis culturae est aptissima, fontesque sulphurei ibi inueniuntur. Praefectura *Stromberg* altius eleuata, montibus et siluis obsita, solo arenoso, silicibus, schisto et calcariis referto minerisque ferreis abundat. Praefectura *Simmerensis* frigidior est, iugo montium Mosellensium cincta, altera parte versus *Baccaracum* planities extenditur: regio minus est exculta, at fertilem reddi posse existimat Cl. Auctor. Praefectura *Baccaracana*, altis montibus schistosis abundat, inde valles sunt calidae, vitium culturae idoneae, sed minus cerealibus vel graminibus; Contra *Crucenacum*, *Oppenhemium* et *Alceia* sunt fertilissimae praefecturae, solo limoso, et margaceo praeditae. *Lutrae caesareae* regio versus septentrionem plana, in reliquis vero plagis montibus cincta est: solum est limosum, arenosum, mercurii et ferri mineris instructum. *Neostadii* solum est griseum, fatiscente calce, limo, marga, et humo compositum, sicque vino aliisque frugibus abundans. Cui similis est *Vicus Iulianus*, eiusque situs.

p. 429.
p. 433.

Ab altera Rheni parte *Brettena* in collibus fertilibus sita est; *Boxberga* autem magis eleuatis montibus gaudet, solumque habet arenaceum, humo et marga mixtum: siluae minus copiosae sunt, et incolae pecorum culturae operam dant: *Mosbacum* quoque montosum et arenosum, limo calceque mixtum est, interim tamen fertile. *Otzberga* et *Vmstadt* magis, quam *Rhenogauia* eleuata sunt; solum est limosum, fimo egens, cerealia tamen profert; prata autem desunt. *Heidelberga* versus orientem iugo *Abnobico* s. *Kraichgauia* cingitur,

p. 435.

versus reliquas partes autem aperta est, caeterum regio satis est fertilis.

p. 440. 2. *Descriptio* Manhemii *physico-oeconomica, Auctore Cl.* COLINI. Situm huius vrbis, augmentum et decrementum incolarum diuersis temporibus, naturam aeris et aquae, qualitatem frugum, quae in regione vicina sponte nascuntur, vel coluntur,
p. 452. atque commercii statum tractat Cl. Auctor. Aer sanus est, sed corrumpitur et aquis putridis, et vaporibus, post inundationes a *Rheno* et *Neckera* factas. Aquae impurae sunt: atque vel pluuialem, vel e Rheno, vel Heidelbergensem aquam bibere necesse est.

p. 469. 3. *De incorruptis in aqua cadaueribus*, Auctore *Cl.* MEDICO. Narrat duo exempla, vbi homines aqua mersi diu in ea latuerunt, neque tamen corpora eorum putrefacta sunt. Primum per vnum et triginta dies in aqua relictum est, atque tum omnino et in externis, et internis corporis partibus sine vlla labe, vel vestigio putredinis disquisitum ne odorem quidem foetidum offerebat. Sed omnino etiam mobile erat, et cutis corporis alba, et mollis. Tempestas, qua in aquam incidit et in ea latuit, frigida erat. Cl. Auctor recte causam, quae hoc cadauer a putredine seruauerit, in frigore ponit, ostenditque aquam frigidam plane non putredinem excitare, quin imo contra eam defendere corpora, atque ab ipsa etiam aqua mobilitatem corporis deriuandam esse. Alterum exemplum est hominis, qui per 81. dies in aqua relictus est, et tamen omnibus partibus corporis non putridis extractus est. Simile exemplum legitur in commentariis nostris Vol. III. p. 28.

4. *De-*

4. *Descriptio Caprae Africanae*, *Auctore* Cl. COLINI. Animal descriptum est *Ouis strepsiceros* LINN. quod Cl. PALLAS recte ad *Antilopas* *) reduxit nomenque triuiale LINNAEI retinuit. Cl. DE BVFFON *Condoma* illud appellat, ab HOVTTVYNO depingitur, quae icon in MÜLLERI versione Systematis Linnaeani **) etiam reperitur. Descriptio hic data et icon bonae sunt. p. 487.

5) *Cyani descriptio botanica*, Auctore FRIDERICO CASIMIR MEDICO. Est, vt constat, *Centaurea Cyanus* LINN. quam vberius, adumbratione satis bona, describit, in qua tamen nimis multa de *structura naturali*, pluribusque plantis communi, repeEriuntur; reliquorum botanicorum descriptiones cum sua comparat easque non sufficientes esse demonstrat. Immerito autem contra systemata loquitur, etsi non negamus descriptionibus singularibus plantarum, quas Systematici etiam valde optant, systema corrigi perfectiusque reddi posse. p. 441.

6, *Minerae mercurii in Palatinatu descriptae a* Cl. COLINI. Est eadem haec tractatio in Deliciis mineralogicis translata, atque tum a nobis indicata ***).

Quum in historia academiae, alteri Volumini praeposita, nihil, quod ad nos pertineat, inveniamus, statim commentationes physicas indicare placet. Vol. II.

1. *De incorruptis cadaueribus humanis*. Auctore FRID. CAS. MEDICO. Vberiorem hic tradit tractatum, p. 309.

*) Vid Ei. Spicil. Zool. I. p. 17.

**) Vid. comm. nostr. Vol. XX. p. 28. seq.

***) Vid. ib. secund. Decad. Suppl. III. p. 449.

ſtatum, quem ita diſpeſcit, vt omnes ab aliis notatas incorruptorum corporum humanorum hiſtorias colligat, atque deinde de cauſſis huius phaenomeni diſſerat.

Jam anno. 1665. THEOPHILVS RAYNAVD *tractatum de incorruptione corporum Avenii*, edidit: deinde CASP. a REIES FRANCVS in *Elyſio iucundarum quaeſtionum* breuiter de eadem egit. CHRIST. FRID. GARMANN denique *de miraculis mortuorum* ſcripſit, multaque de incorruptis corporibus commemorauit, ſed non caute ſatis, multaque fabuloſa habet. Reliqua exempla paſſim in aliis libris inſperſa ſunt. Multo itaque labore Cl. Auctor collegit primo exempla corporum incorruptorum, ſed exſiccatorum, quae in fornicibus ſubterraneis inuenta ſunt. Sic *Panormi*, *Neapoli*, *Toloſae*, *Düſſeldorpii*, *Bremae*, *Berolini*, *Hauniae*, in vico *Preſem Bohemiae*, *Warburgi* atque in *Italia* et *Aegypto* fornices reperiuntur, in quibus omnia cadauera ſiccata conſeruata ſunt. Simili modo in fodinis Seubergenſibus et Fahluccenſibus atque in ſpelunca funeribus dicata in Tenerifa inſula corpora incorrupta omnia man-
p. 327. ſerunt. Deinde fornices recenſet, in quibus alia corpora deſtructa, alia autem incorrupta reperta ſunt. Huc pertinent *Kyouienſes cryptae*, et quae *Sennewaldi* in *Pago Tigurino*, *Wertheimi* et *Quebeci* reperiuntur. Tum obſeruationes a PLATERO, BARTHOLINO, SWIETENIO aliisque etiam veteribus conſignatas collegit, vbi corpora nonnulla, conſueto modo, vel ſub aede, vel in coemiterio ſepulta, non corrupta inuenta ſunt.

p. 341. In altera ſectione hiſtorias enarrat corporum incorruptorum, quae in naturali ſtatu, partibus carnoſis etiam mobilibus inuenta ſunt. Sic in Vngaria, Polonia*) etiam *Manhemii* in iis coemeteriis, quae

*) Conf. Cl. DE SWIETEN de Vampyriſmo.

quae aquae inundationibus obnoxiae erant, talia corpora inueniuntur. Rariora ſunt exempla, vbi in fornicibus mobilia corpora reperta ſunt. Exſtat tamen corpus, quod TVLLIAE, CICERONIS filiae fuiſſe dicitur, reginae cuiusdam*), pueri in Aluernia**), duorum in turfoſo ſolo Derbyshirenſi in Anglia, inuentorum et aliorum, quae Noſter commemorat. Denique corpora non ſepulta, incorrupta et mobilia manſiſſe, iam notauit HARVAEVS †) et BARTHOLINVS ††). Cl. Auctor etiam ſupra quaedam exempla obſeruauit.

Cauſſae, quae ſiccata corpora incorrupta conſeruant, ſunt frigus, quod in omnibus, a ſolis vi remotis locis, obſeruatur, aer perflans, cum humores ſecum ferat, et frigus producat; atque ſoli natura, in quo cadauer ſeponitur, ſolum ſalinum bituminoſum et arenoſum huc maxime pertinent: ipſe denique calor nimius. Hae cauſſae ſunt externae: in corpore ipſo aliae poſitae ſunt, vt aetas profecta, nimia meditatio et imaginatio, quae corpus inflammat et exſiccat, labores corporis, morbi hectici et alii, qui corpus viuum ſiccum reddunt, ſicque ad incorruptibilem ſtatum quaſi diſponunt. Cauſſae autem, quae corpus non ſolum incorruptum, sed etiam mobile et in naturali ſtatu ſeruant, ſunt defectus aeris, aqua frigida, atque oleum bituminaque mollia.

p. 366.

p. 386.

2. *Fetus oſſei, per quinquaginta quatuor annos extra vterum in abdomine detenti hiſtoria*, Auctore

p. 403.

*) Haec exempla in diario Italico, a MONTFAVÇON edito leguntur.

**) vid. *Recueil period. d' obſerv. de médecine* par VANDERMONDE Tom. IV. p. 290.

***) vid. *Philoſ. Trans.* Vol. XXXVIII. N. 434. 1734.

†) vid. *Ei.* exercit. de gener. animal. p. 513.

††) De niuis vſu p. 84.

DANIELE GVILIELMO NEBEL. *Susanna Stolbergin*, nata Marburgi, anno 1675. nupsit viro 1708; in sequenti anno peperit filiam, et 1711. iterum puerum enixa est: vita excessit 1767, annos nonaginta et vnum cum vixisset. Quinquaginta ante mortem annis grauida fuit, sed parere non potuit, cuius rei descriptio ab auo Cl. Auctoris facta prostat in *Ephemerid. natur. curios. Cent. VI. Obseru.* 52. ipsaque aegra Cl. Auctori hunc casum saepe narrauit. Postea bis grauida facta abortum passa est. Vitam autem egit miseram.

Conquerebatur de grauissimo dolore abdominis et sensu ponderis, ac si globus, magnitudine caput infantis aequans, in eo haereret. Abdomen nunc magis, nunc minus tumebat; imminuta tumescentia acerbissimus erat dolor, ac si dilaceraretur vesica vrinaria, tumque stranguria laborabat. Praeterea vehementes capitis dolores, auditus grauitas, pedes oedematosi, borborygmi frequentes, et alia eam vehementer vexabant.

Tribus ante mortem diebus morbus auctus fuit, respiratione anhelosa accedente, pulsu paruo et celeri, viriumque prostratione maxima: atque tum tertio morbi die omnia instantis mortis signa aderant.

p. 406. Mortua aegra, sectio instituta sequentia obtulit: Omentum versus peluim retractum, intestina inflammata, glandulas abdominales induratas; In loco eo, quo abdomen tumebat, corpus durum, quod in peluis cauum expandebatur, mobileque erat: Quo ex peluis cauo sumto, fetus osseus cum adhaerente ei omento eximebatur. Reliquae matris partes erant naturali in statu, inflammatione excepta.

p. 407. Situs fetus in cauo peluis hic erat. Vertex capitis fetus innitebatur vesicae vrinariae, infimum peluis locum occupanti. Os bregmatis sinistrum et

pars

pars offis occipitis vtero infidebant. Ipfum fetus corpus inteftinis vndique circumdatum erat in parte finiftra abdominis, et offa innominata fetus in finiftro latere matris ad diftantiam duorum pollicum ab vmbilico prominebant: finiftrum latus et pars anterior fetus dorfum matris fpectabant; integrum vero dorfum et pars dextri lateris fetus, anteriorem abdominis partem. Dorfo fetus et offi parietali dextro adhaerebat omentum per integram fetus longitudinem.

Vterus demortuae nihil peculiaris monftrabat. p. 408.
Omnes fetus partes exteriores non lapideae funt, p. 409.
fed durae offeae, exceptis nonnullis foraminibus, quae membrana erant claufa. Striae rubicundae paffim confpiciebantur, fibris vel portionibus carnofis haud multum abfimiles. Si concutitur fetus, fonum edit, ac fi corpus quoddam duriufculum et fimilia alia minora in eo continerentur.

Commemorat nunc Cl. Auctor exempla fetuum diu in corpore retentorum, crufta lapidea obductorum, etc.; fed nullum fetum offeum adhuc defcriptum effe affirmat.

Interna ftructura fequens erat: Caluariae offa p. 411.
firma duraque, craffitiei diuerfae, plerumque vnivs lineae, diploe etiam inter tabulas confpicua. Dura mater, finus falciformis, tentorium cerebelli, manifefte confpiciebantur. In caluariae cauo duriufcula frufta diuerfae magnitudinis reperiebantur, quae cerebrum conftituiffe videbantur. Bafis cranii, os petrofum et foramen magnum clare diftingui poterant. Vifcera thoracis et abdominis erant indurata. Canalis fpinae dorfi peruius erat.

Teftimonia hanc rem magis illuftrantia addit Cl. Auctor atque fex figuris fetum integrum ab omni regione et ferra diffectum depingi curauit.

Dif-

p. 423. *Dissertatio de muscorum et algarum generatione*, Auctore Cl. DE NEKER. Negat Cl. Auctor hic muscorum et algarum generationem copulatiuam, s. per semina: Sed, vti nos ex nouissimis experimentis, alibi narrandis, nouimus, plane iniuste. Nos vero hic eius argumenta recenseamus. *Polytrichi communis*, capsulas et stellulas mutilauit: nihilo minus tamen ex eo aliae prognatae sunt plantae, quae capsulis stellulisque destitutae prolem continuarunt. Polytrichum et per superiores, et inferiores surculos propagatur; priores dicit primordia semper praesentia, sessilia, euoluendorum surculorum compendium; inferiores, tenellas propagines plumuliformes, vellere obductas, ad pristinorum surculorum radicantium basim germinantes, quae in praecedentium locum succedunt.

p. 430. Sic etiam ea, quae LINNAEVS in *Lycopodio* pro flore femineo habet, nihil esse, nisi folia appendiciformia, atque pistilla LINNAEI esse plantulas fixas, quae in surculos nouos resoluuntur.

p. 433. In *Mniis globuliferis* nuda foliola, in globum congesta sunt, quae LINNAEVS semina esse docuit: quae tamen ex Nostri sententia non sunt, quum a polline impraegnari nequeant, etsi iis speciem propagari posse concedit, vti etiam ex foliis aliarum plantarum, ipsae plantae nasci solent.

p. 437. Semina itaque in muscis neque demonstrata, neque opus esse putat: cum gemmulae s. muscorum propagines nudae, plantae futurae semper praesentis surculo praecipuo adnatae, sint compendium, quo sine copula restituatur species. Per muscorum enim germinationem e basi s. apice surculi praecipui nudam prodire gemmulam, quae sit ipsa oritura planta: hanc gradatim se euoluendo, laterales gemmulas protrudere, quae rami euadent.

Vlte-

Vlterius natam plantam in aetate adolefcenti pullos edere, et fic ad infinitum. Commemorauit fimilia exempla Cl. Auctor in Flora Gallo - Belg. Tom. II.

Targioniam germinare vidit Auctor, et organa fexualia omnino defiderari et per fe ipfam conferuari putat. Huius monopetalus flos, nihil aliud, quam feffilis globulus, a LINNAEO anthera dictus, membranaceus puluifculo vano repletus calyptra et operculo carens, nec fponte dehifcens, nifi quod intra digitos rumpatur: quo facto, cuticula, a MICHELIO *) delineata, figuram quandoque campanulatam repraefentat. Capfulae, fecundariae nominatae**) funt plantula viuipara feu rudimenta, quibus continuo reparatur proles. Ait Auctor, LINNAEVM, fi viuam vidiffet plantam, fore, vt contendat, puluifculum globuli in rudimenta ipfa agere, aeque ac in mufcorum gemmas, ficque pro euolutiua Auctoris generatione, hic manifefta, fuam copulatiuam ftabiliturum. p. 438.

Iungermanniam, Marchantiam, Lichenem, Anthocerotem, propter eandem germinandi rationem fibi effe valde affines, in *Iungermannia pingui* vidit frondes coarctatas nuperas prodire, quae fucceffu temporis in plantam permutabantur. Priftina planta, ex qua oriebantur nouae frondes, femiputrida vixque manifefta erat. Congruit haec obferuatio, cum ea, quam Cel. SCOPOLI fecit ***). p. 439.

Iungermanniae furcata et epiphylla marginalibus frondibus propagantur. Semina a MICHELIO dicta †), effe abbreuiatas frondes, e priftinis prodeun-

*) Vid. EIVSD. *Gen. plantt.* tab. 3. f. a.

**) Vid. ib. tab. 3. f. eee, fff.

***) Vid. *Flor. Carniol.* p. 125. comm. noftr. Vol. XVIII. p. 619.

†) MICHEL. Gen. nov. plant. t. 4. f. 1. litt. GG.

deuntes. *Iungermanniarum* puluiſculus ſatus non germinauit. Frondes vero ſpeciem multiplicarunt. In aliis Iungermanniis eadem valent.

p. 441. *Marchantia* et per *marginalia* et per *ſuperficialia* rudimenta propagatur. In ſuperficialibus plantulae in cauitate continentur, quae a matre ſolutae confeſtim radices agunt. Marginalia autem aetatis progreſſu frondis ipſius locum occupant.
p. 442 *Marchantiam conicam et cruciatam* ſpecies duas denotare, ait, atque vtramque duo indiuidua adminiſtrare, non marem, et feminam, vt LINNAEVS vult, quoniam pileifera, quam *marem*, et foliifera, quam *feminam* dicit, ex indiuiduis ſuis ſingularibus, non vero promiſcue, naſcuntur. Eandem regulam in *Polytrichis*, *Mniis*, *Ricciis fluctuante et glauca* obſeruari pu-
p. 443. tat. *Ricciae cryſtallinae*, quae hic depicta traditur, propagationem iis oppoſitam eſſe: inter lobos in orbem digeſtos et ſtriis diſtinctos nuda foliorum primordia conſpici punctiformia, quae temporis ſucceſſu in lobulos mutantur, matrem relinquunt, et ſic ſobolem multiplicant. Hanc plantam valde affinem eſſe dicit *Lemnae minori* viuiparae.

Conferuarum generationem ſe ignorare fatetur. *Lichenum* generationem per organa ſexualia omnium dicit abſurdiſſimam. *Filamentoſae*, conferuis affines, enodes modo, modo ramoſae ſuper terram extenſae, telam aranearum ſimulant: earumque germinatio oculis armatis fieri obſeruatur per corpuſcula noduliformia, ſpiraliter inuoluta, quae e matre emergunt, et plantae explicandae pulli ſunt.

Omnino itaque has hyemales plantas viuiparas eſſe ait, atque easdem in claſſes quatuor diſtribuit.

Gemmiparas, quae nudas in adulto ſurculo protrudunt gemmulas. Huc pertinent. *Lycopodia*, *Hypna*, *Sphagna*, *Brya*. etc.

Bulbiparas, quae propagines bulbiformes euoluunt, quibus propagatur proles. Vt *Phaſca*, quaedam *Brya*, *Mnia* etc.

Plumuliparas, quae ſurculos e priſtinis nouellos plumuliformes, ſub terra reconditos emittunt. In hoc ordine comparent *Polytricha*, plura *Mnia*, *Brya*.

Frondiparas, quae puluerulentas particulas ad ſuperficiem, aut frondium primordia ad marginem inque cauitate promunt e. g. *Marchantiae*, *Lichenes*, *Iungermanniae acaules*, *Ricciae*, *Anthocerotes*.

Noua ſane ſunt, quae proponit Cl. Auctor, ſed nos certo certius ſcimus falſa eſſe plurima de ſuis obſeruatis iudicia neque ipſae obſeruationes vel curate ſatis, vel crebro ſatis ſunt inſtitutae. Proxime editum iri librum indicare poſſumus, in quo partium ſexualium praeſentia in Muſcis et confinibus plantis omnium clariſſime demonſtrabitur. Atque reprehendimus omnino Auctorem, qui nonnullis ſuis obſeruationibus tantum confidit, vt aliorum botanicorum, in arte obſeruandi clarorum, experimenta non ſolum reiiciat et falſa dicat, ſed etiam contra ipſos Auctores celeberrimos male dicat, iisque illudat.

EIVSDEM enumeratio ſtirpium Palatinarum, annis 1768, et 1769 collectarum. Satis magnus eſt numerus plantarum, quarum nomina, et definitiones iuxta *Floram Gallo Belgicam* a ſe editam, hic indicat, et nonnullas obſeruationibus illuſtrauit. p. 446.

Syno-

Synonyma et loca natalia ad Floram Palatinam, quam promittit, reſeruat. Nos ordines, in quos diſpeſcit Cl. Auctor plantas, et deinde quasdam obſeruationes recenſeamus. Plantae Auctori dicuntur 1. Fungoſae, 2. Algaceae, 3. Muſcoſae, 4. Filiceae, 5. Gramineae, 6. Orchideae, 7. Liliatae, 8. Araceae, 9. Cichoraceae, 10. Carduaceae, 11. Solidagineae, 12. Dipſaceae, 13. Rubiatae, 14. Vmbelliferae, 15, Labiatae, 16. Perſonatae, 17. Solaneae, 18. Anagallideae, 19. Conuoluuleae, 20. Pinguiculatae, 21. Gentianeae, 22. Iaſmineae, 23. Apocinatae, 24. Borragineae, 25. Cruciferae, 26. Rhoeades, 26. Cappareae, 27. Ranunculaceae, 28. Aſcyroideae, 29. Gruinales, 30. Tiliatae, 31. Caryophylleae, 32. Alſineae, 33. Plantagineae, 34. Paſſerinatae, 35. Atripliceae, 36. Polygonatae, 37. Sedaceae, 38. Vacciniatae, 39. Maluaceae, 40. Papilionaceae, 41. Campanatae, 42. Oenotheratae, 43. Cucurbitaceae, 44. Lythratae, 45. Iuiubineae, 46. Roſaceae, 47. Aceratae, 48. Caſtaneae, 49. Tithymaleae, 50. Pinetae.

p. 447. *Iungermannia rubiginoſa*, frondibus planis ſimplici duplicique ſerie; foliolis ſubrotundis conuexo concauis auriculatis, noua dicitur atque hic icone delineatur. In ſingulorum baſi interiore foliorum eſſe foliolum appendiculiforme, oculis armatis diſtinctiſſimum, quod in ſpeciebus plurimis globulum ſimulet, ideoque a LINNAEO ſemen ſit vocatum. Eſſe autem, ait, foliola illa in *Iungermanniis* imbricatis id, quod in reliquis plantis ſtipulae ſunt.

p. 453. *Hypnum lycopodioides*, ſurculis erectis ramoſis foliis dilatato lanceolatis, ſecundis, rugoſis, apice recuruis, et H. *palatinum*, ramis adſcendentibus aduncis, capſulis cylindricis erectis exannulatis, (DILLEN. *muſc. tab.* 41. *f.* 55.) hic depicta et deſcripta ſunt.

ſunt. *Phalaridis oryzoidis*, *Bromi dumetorum*, p. 455.
Ornithogali bifolii, *ſ. Scillae bifoliae* LINN. *Allii anguloſi*, *Picridis hieracioidis*, *Crepidis tectorum* et *dioſcoridis*, *Serratulae tinctoriae* et *tuberoſae*, *Cardui* p. 464.
nutantis, *Centaureae iaceae* et *ſcabioſae*, *Gnaphalii arenarii*, *Inulae hirtae* et *ſalicinae*, *Scabioſae columbariae*, *Peucedani Silai*, *Selini caruifolii*, *Sii falcariae*, *Stachidis rectae* et *annuae*, *Veronicae ſpuriae*, *Iberidis*, *amarae*, *Drabae luteae* BAVH. (*hiſt. T. II. p.* 890. MORIS. H. P. T. II. p. 234. t. 7. f. 3. f. 1.) foliis ſeſſilibus, ouato lanceolatis, vtrinque ſubpiloſis, *Bootiae ſaponariae* (Flor. Gallo-Belg. 193), *Cucubali otitis*, *Daphnes cneori*, *Euphorbiae verrucoſae* et *Seguierianae*, aliarumque nonnullarum plantarum deſcriptiones tradit.

Cnicum oleraceum LINN. ad *Serratulam* refert, p. 465.
propter ſtructuram calicis inermis et arcte imbricati. Reliquas quinque *Cnici* ſpecies, quae receptaculo piloſo inſtruuntur, ad *Carduum* pertinere putat: neque Eidem floralia folia *Cnici* pro genere conſtituendo ſufficere videntur.

Peucedanum Alſaticum foliolis pinnatifidis, la- p. 470.
ciniis multifidis obtuſiuſculis, noua ſpecies delineata et vberius deſcripta eſt.

Praeterea *Mnii vndulati*, *ſtelliferi*, *Polytrichi communis*, *ſtelliferi* et *neutri*, ſ. quod capſulis et ſtellulis caret, *Mnii fiſſi globuliferi*, *Ricciae fluitantis* et *cryſtallinae* icones, at mediocres, traduntur.

De incertitudine hiſtoriae naturalis in cognitione p. 497.
minerarum metallicarum et ſuper iiſdem notas et obſeruationes proponit Cl. COLINI. Vt pateat, quam incerta et varia ſint, quae de mineris metallicis propoſuerunt Auctores, eorum ſententias enarrat, easque ſecum comparat, pluresque mineras commemorat, quae nulli eorum cognitae fuerint, et

quae circa mineras auri et plumbi obſeruauerit, hoc primo tractatu indicat.

Primo litem, qua alii aurum mineraliſatum inueniri affirmarent *), alii tantum natiuum contenderent **), exponit, eamque non compoſitam, ſed tamquam rem dubiam relinquit. Iam vero vix dubium, quin imo certum eſſe videtur aurum et *laruatum* et ſulphuratum ſ. ſulphure mineraliſatum inueniri ***).

p. 502. Deinde deſcribit 32 fruſta auri natiui curate, atque patriam addit, reſpicitque ad figuram auri, quae eſt vel *indeterminata*, in ſtratis, vel paſſim ex matrice eminens, vel determinata, vt ſit aurum: 1. bracteatum, ſuperficie vel laeui, vel granulata, vel ſulcata, vel margine laciniato; 2. cuſpidatum, 3. dendroideum, 4. retiforme, 5. filiforme, filis vel craſſiuſculis, vel compreſſis, vel capillaribus; 6. granoſum, granis vel ſeparatis et rotundis et angulatis, vel contiguis; 7. punctula vel miculas referens; 8. puluerulentum. Quoad colorem auri, eum vel ſubluteum ſplendentem, vel cupro natiuo propinquum, vel aurantiacum, vel viridem, vel luteum nitidiſſimum vel intenſe luteum obſeruauit. Terras, lapides et mineralia alia, quibus immixtum reperitur aurum natiuum, denique indicat.

p. 512. De *Plumbi* mineris tractans, WALLERII diuiſionem Galenae in eam, quae vel cubicam habeat fracturam, vel lamelloſam reiicit, atque poſteriorem acci-

*) Pertinent huc LEHMANN *Mineralogie* 1760. p. 118. VOGEL *praktiſches Mineralſyſt.* 1762 p. 408. vid. comm. noſtr. II. dec. ſuppl. p. 307. SCOPOLI in I. edit. *Mineral.* in altera vero ſententiam mutauit vid. comm. noſtr. Vol. XX. p. 28.

**) Nempe CRONSTEDT *Mineral* §. 166. et alii.

***) Vid. Cl. DE BORN lithophyl. P. I. p. 68. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 207. et SCOPOLI *ann. hiſt. natur.* III. p. 107. de quo in noſtr. comm. ſuppl. IIItiae decadis agemus.

accidentalem, neque a natura Galenae pendentem existimat: qua tamen in re necesse est, vt Cl. Auctori repugnemus, fractura enim f. textura minerae nunquam est accidentalis, atque vis externa non tanta est, quae figuram particularum minimarum semper mutare possit: datur igitur certe Galena, fractura lamellosa.

Deinde plumbi nigri mineram, quae a nemine mineralogorum sit descripta, commemorat, quae Zschopauiae in Saxonia reperitur. Descriptio, quam de ea dat, satis bona est. Inuenitur nempe minera plumbi nigri crystallisata, crystallis hexaedris, vtrinque truncatis, rasuram ostendit griseam, puluisque eius similis est. Sed notare conuenit hanc ipsam mineram esse a Cl. DE BORN descriptam *).

Galenam striatam **) non re ipsa talem p. 516. esse; strias enim vel esse puncta nitentia in eadem directione sita, vel esse partes galenae disruptas. Recte deinde reprehendit indeterminatam descriptionem coloris reliquarumque proprietatum *Galenae* etc. a Mineralogis plerisque datam: etsi hoc monere debeamus *Mineram plumbi griseam* a Galena esse diuersam, et minerae plumbi nigrae magis vicinam. Eandem etiam incertitudinem esse demonstrat in determinatione illius minerae, quam Nostrates *Bleyschweif* nominant. Minera haec in eo a *Galena* differt, quod non sit lamellosa, sed solida et continua, non niteat, sed hinc inde micet, et fracturam habeat planam, nonnunquam parum concauam.

 Post-

*) vid. Ei. lithophylac. P. I. p. 92. comm. nostr. Vol. XXI. p. 708. etsi nos tum in recensione huius libri, *plumbi huius spatosi nigri*, vtpote satis cogniti, ne mentionem quidem fecimus.

**) CRONSTEDT §. 187. WALLER. *Mineral. ed.* I. *sp.* 282. *n.* 10.

Poſtea deſcribit Galenam, quae in vno fruſto vario modo cryſtalliſata eſt, 1) *Cubica*, vel cubis perfectis, vel angulis truncatis, 2. *tabularis*, margine tabularum hexaedro, 3. *columnaris*, hexaëdra, quae pyramide tetraëdra finitur. 4 *polyëdra*, vt plurimum 14edra. Inſident hae cryſtalli quarzo albicanti, et obductae ſunt rubigine bruna ferrea. Reperta eſt haec minera in fodina Alt-Bleyberg Mittelbachi in Ducatu Montenſi.

p. 526. Galenam etiam in globulis, vel ſabulo vel quarzo, vel ſilici immixtis formatam, deſcribit, vt etiam cellularem, cuius cellulae lithanthrace repletae ſunt. In lamellis quoque Galenam et lithanthracem mixta prope Dreſdam in fundo, qui ab vrbe *Plauen* nomen accepit, inueniri recte notat. Iunctam quoque Galenam Cinnabari oſtendit in minera, quae in Hungaria inuenta eſt.

p. 530. Recte deinde reprehendit eos, qui Galenam lapidi cuidam inſperſam, eo mineraliſatam dicunt. Mineras plumbi terreas nunc conſiderat, atque LEHMANNO aliquatenus repugnat, qui eas ſpatum plumbeum dixerit. Deſcribit enim mineras plumbi lapideas, quas dicit plumbum verum fuſum, neque ſimiles ſpato plumbeo. Prima minera ſimilis eſt terrae friabili, ſed eſt dura, in ſuperficie aſpera, coloris albi: altera coloris eſt florum Amygdali Perſicae, textura ſolida, ſuperficie globuloſa, quae quoad colorem, ochrae cobalti ſimilis eſt. Quaedam harum minerarum eſt formata ex fruſtis conglutinatis, quae ſpato ſimilia ſint, figuram autem non determinatam habeant, ſed terrae rubeſcenti inmixta et interius maculis terrae flauae notata ſint: color eorum eſt griſeus, ſunt admodum grauia, opaca, et in fractura tantum nitent: raſuram oſtendunt albam, puluis eorum eſt quodammodo vnctuoſus. Videntur igitur haec fruſta Cl. Au-

ctori

ctori cryſtalli plumbeae, vaporibus confuſae. In aqua forti valde fermentabant. Igni expoſita facile funduntur, et ſcoriae vitreae poroſae, quae, cum refriguerint, coloris ſunt viridis luteſcentis, et plumbi granis refertae. Colorum mutationes in igne ſucceſſiuae ſunt hae: ex griſeo fit rubeſcens, tum luteus, tum viridis luteſcens color, atque hoc eſt tempus fuſionis. Haec minera igne tractata nullos vapores, neque odorem ſpargit, neque decrepitat.

Altera minera rubeſcens priori ſimilis eſt; in interiore tamen obſeruantur quaedam veſtigia plumbi albi ſpatoſi. Igni expoſita color eiusdem fit luteſcens, quando fundi incipit ſcoria eiusdem eſt, vt in priore minera. Non adeo plumbi diues, ac praecedens. Nobis hae minerae, praeter plumbum, aliud quoddam metallum continere videntur.

Iam de mineris plumbi ſpatoſi diſſerit, quas p. 534. alii *) Arſenico, alii **) acido marino mineraliſatas eſſe aiunt. Recte aſſerit Cl. Auctor hic multa adhuc minus recte eſſe definita et incerta.

*) WALLERIVS.

**) IVSTI *Grundriß des Mineralreichs.* SAGE examen chymique et eléments de la mineralogie. Vid. comm. noſtr. Vol. XX. p. 346. — LEHMANNVS VOGEL, et CRONSTEDT de mineraliſatione harum minerarum plane tacent.

II.

ERNST. ANTONS NICOLAI *der Arzneygelahrheit Doctors Königl. Preussischen Herzogl. Sachsen-Weimarschen und Eisenachischen Fürstl. Schwarzburg Sondershäusischen, der vier Fürsten von Solms - Braunsfels Hofraths, der letztern vier Fürsten Leibmedici, Kayserlichen Pfalzgrafens, der Chymie und Praxis öffentlichen ordentlichen Lehrers bey der Universität zu Iena, der Churfürstlichen Meynzischen Academie der nützlichen Wissenschafften ordentlichen Beysitzers, der Herzogl. ienaischen, lateinischen und deutschen Gesellschaft und der Marggräflichen Baaden - Durchlachischen lateinischen Gesellschafft Ehrenmitgliedes Pathologie oder Wissenschafft von Krankheiten. Erster Band. Halle in Magdeburgischen, verlegt von Carl Hermann Hemmerde* 1769. 8. *Seitt.* 472. *Zweyter Band ib.* 1770. 8. *Seitt.* 363.

i. e.

Pathologia seu scientia de morbis Tom. I et II. Auctore Cl. ERNESTO ANTONIO NICOLAI.

Tom. I. Nominatis scriptoribus tam veteribus, quam recentioribus variis pathologicis et fontibus plures praeterea inueniendi curiose indicatis, et notione accurata pathologiae fundata, de generali pathologia loquitur Noster, dein de notione morbi in genere, causis, symptomatibus et diuisione. Tum pathologiam specialem contemplatur in parte secunda, ac primum quidem de vitiis corporis hu-

humani in genere, dein in ſpecie Noſter ediſſerit. Poſtea de vitiis fluidorum de plethora, κενεαγγεια, ſanguinis ſpiſſitudine, tenuitate humorum et acrimonia et de nimis forti et debili motu humorum atque de congeſtionibus Cl. Auctor diſſerit. In ſecunda ſectione vitia ſolidorum pertractantur de obſtructionibus nempe et lentore humorum, tumoribus eorumque origine et diuiſione et diuerſis ſpeciebus, cyſticis, gangliis, ranula, hydrope vario, hydatidibus, tympanitide, cahexia, ſcirrhis, herniis, aneuryſmatibus, varicibus, hydrope articulorum, panaritio, ſpaſmo eius diuerſis ſpeciebus, nominibus et effectibus, catalepſi, epilepſia, chorea *St. Viti*, malo hypochondriaco et hyſterico, incubo, cordis palpitatione, ſingultu, vomitu, tusſi; de doloribus in genere, dein in ſpecie, cephalalgia, odontalgia, otalgia, cardialgia, ſoda, colica et eius ſpeciebus, ileo, rheumatiſmo, lumbagine, ſpaſmo PARACELSI fixo, malo iſchiadico, arthritide eiusque differentia, calculo veſicae, dolore et ſpaſmo.

Iam de ſingulis quibusdam exempli loco videamus. Breuitati enim, vti ſolemus, et hic ſtuduimus, praeſertim cum multae res a nobis his ipſis commentariis ex iis Auctoribus quos accurate hic Cl. Auctor collegit et ſententias ſuas oommunicavit, iam ſint inſertae.

Morbus eſt turbatio et augmentum vis viuae corporis humani in detrimentum eius. Symptomatum diuiſionem in ſymptomata cauſſarum morbi, morborum, et ſymptomata ſymptomatum Noſter reiicit, eique ſubſtituit diuiſionem in mediata et immediata morborum ſymptomata. E. gr. aeſtus febrilis eſt immediatum ſym- p. 23.

 ptoma

ptoma febris, capitis vero et artuum dolores per aestum febrilem oborti mediata sunt symptomata. Morbi symptomata porro sunt necessaria siue essentialia atque accidentalia.

p. 43. Paroxysmus et morbus recidiuus differunt ita, vt paroxysmus morbum iterum sistat, qui nondum desiit, recidiuus morbus vero sit ille, qui desiit et denuo reuertitur. Paroxysmus non est morbi exacerbatio s. augmentum. Paroxysmi serius ocyusve apparent, h. e. paroxysmi *anteponuntur et postponuntur*.

p. 55. Anaemia denotat defectum sanguinis et polyaemia copiam eiusdem. Vtriusque tres constituit divisiones Noster, nimirum 1) veram, genuinam exquisitam 2) apparentem, notham, spuriam et 3) mixtam.

p. 57. Omnes humores solidis et fluidis constant partibus, solidae sunt salia diuersi generis, sulphureae et terreae, fluidae sunt igneae, aquosae, aereae et spirituosae. Omnes acrimoniae humorum pendent a salibus eorumque praeternaturali effectu. Vnde et earum magna diuersitas, quae cernitur in acrimonia volatili et fixa, alcalina, acida et neutra, quorsum et ammoniacalis acredo refertur.

p. 77. Mollitiem ossium Noster considerat in sex diversis gradibus. Maximus gradus est ille, vbi ossa ipsa in ichorem mutata sunt, vti in femina *Supiot* *) Congestiones non raro obstructiones creant. Hydropem refert Noster inter tumores, quoniam pauca solummodo occurrunt exempla, vbi sine oedemate apparet.

Cho-

*) v. comm. nostr. Vol. IV. p. 384 seqq. Vol. VII. p. 279. it. Vol. XIX. p. 126.

Chorea *S. Viti* eſt morbus ſpaſmodicus, qui et dicitur morbus *St. Modeſti*, quoniam ille *St. Viti* praeceptor fuit. Nominatur hic morbus, vti Noſtro videtur, ideo ita, quoniam credebatur, hunc morbum a *S. Vito* vel cum hominibus communicari, vel per hunc ſanctum virum curari poſſe, item quoniam hic morbus primo ſeu ſaepius obſeruatus eſt die onomaſtico *St. Viti*, qui erat die 13. Iunii. Malum hypochondriacum et hyſtericum Noſter propter ſymptomatum ſimilitudinem coniungit et pro vno eodemque habet. p. 289.

Quando dolor oritur, corpus quoddam primo requiritur, quod in vnum aut plures neruos ſenſorios agit, dein illud corpus neruos ſenſorios praeternaturalem in modum tendere et irritare, et ita porro fluidum nerueum fortius moueri atque ille motus huius fluidi vſque ad cerebrum continuari debet, tandem animus hanc mutationem ſentire debet. p. 364.

Alterius tomi initium faciunt vitia ſolidarum partium, inflammationes, debilitas, febres earumque explicationes, origo, cauſae, ſymptomata, horror et aeſtus febrilis, malignitas et benignitas. Tum ſequuntur diuiſiones variae febrium, vt continentes et non continentes ſeu remittentes, nec non intermittentes, earumque diuerſae ſpecies ratione paroxyſmorum, intermiſſionis, epidemiae, anni temporum, malignitatis, vnius alteriusue partis corporis, quam occupant febres hae, quam ob rem et locales ſeu topicae nuncupantur. Poſtea additur hic b. SAVVAGES *) diuiſio intermittentium; itemque inquiritur in cauſas, cur redeant paroxyſmi. Quibus abſolutis, ad continentes febres Noſter Tom. II

*) EIVSDEM noſologia methodica v. comm. noſtr. Vol. XII. p. 38. ſeqq.

progreditur, nimirum ephemeram ſ. diariam, ſudorem Anglicum, typhum icterodem b. SAVVAGES (*fievre iaune d' Amerique ſ. maladie de Siam*) cet. febres putridas, bilioſas, neruoſas et exanthematicas cet.

p. 42. B. HOFFMANNI ideam febris, quae cernitur in ſpaſmo corporis vniuerſali, Noſter aſſumit et febrem eſſe ſpaſmum fibrarum, qui per totum corpus penetrat. Malignarum febrium intermittentium mentionem dum facit Cl. Noſter, Cl. MEDICI inprimis obſeruationes*) laudat.

p. 139. Quando materialis cauſa febrilis in intermittentibus, ſanguini inhaerens per ſudorem, vrinam et aluum vel omnino vel maximam partem euacuatur, ita vt et id, quod remanet partim in primis viis, partim in ſecundis viis, nouum paroxyſmum febrilem efficere nequeat, nullus vlterior apparet paroxyſmus. Quod ſi vero aliquid materialis illius cauſae febrilis relinquatur, generatur ea augeturque et nouum paroxyſmum ſiſtit. Atque itaque reuerſionem paroxyſmorum in intermittentibus febribus Cl. NICOLAI explicat.

p. 217. Febris ſemitertiana, hemitritaeus, hemitritaea eſt ea febris, qua febres diuerſae coniunctae et omnes ratione decurſus diſtinctae ſunt. Pertinet et huc hemitritaea CELSI, quam cum nonnullis aliis hemitritaearum ſpeciebus Cl. Auctor hic deſcribit.

p. 286. Senis exemplum octuaginta et quatuor annorum hic narratur, qui variolis eſt correptus. Inoculationis variolarum hiſtoria a Noſtro dum perſequitur, Cl. RICHARD BROOKE methodum inſitionis memorat, quam alibi non ſolum communicaui-

*) v. comm. noſtr. decad. IIdae Suppl. II. p. 204.

cauimus, ſed et probauimus et exemplis confirmauimus *). Variolas internas, de quibus nonnulli dubitant **), Noſter largitur, et narrat exemplum viri, qui bis variolas eſt paſſus.

Ea exanthemata, quae praeterea adhuc reſtant, in tertio tomo Cl. NICOLAI tradet, cuius ſummam quoque breuiter excerpſimus ***).

III.

Der Roſmarin mediciniſch chymiſch betrachtet von D. THYMIANA SOLIS. *Budiſſin und Leipzig verlegts David Richter* 1764. *Seitt.* 144.

i. e.

De roremarino contemplatio medico chymica. Auctore D. THYMIANA SOLIS.

Licet haec collectanea de roremarino magnam antiquitatem †) prae ſe ferunt, nec omnino omnem noſtrum aſſenſum merentur, tamen non omni prorſus ſunt deſtituta vtilitate, quae partim cernitur in virtute huius remedii medica et chirurgica, partim ſpectatur in variis veterum fontibus, in quibus hac de re expoſitum eſt. Inſunt itaque huic libro I. I. BECHERI, CAST. DVRANT, M. IO. COLERI, BALTH. SCHAVRREN, Ill. Comitis DIGBY, GABRIELIS FALLOPII, I. B. ZEPATAE et IO. THEODOR TABERNAEMONTANI tractatus de roriſmarini cultura, partibus conſtitutiuis, ſpeciebus variis, indole, virtute, vſu interno et externo, diuer-

*) v. comm. noſtr. Vol. IV. p. 63.

**) ib. Vol. XIII. p. 411.

***) v. ib. Vol. XXII.

†) Prodierunt nempe Halberſtadii iam 1685. apud Hynitzſchen in octavo.

diuerſisque eius praeparatis pharmaceuticis et oeconomicis.

p. 34. Ex ligno roriſmarini in Gallia teſtudines, citharae aliaque inſtrumenta menſaeque conficiuntur. Ibi enim roſmarinus ſponte creſcit et valde vulgaris eſt.

p. 35. Semen roriſmarini piperi et vino mixtum in ictero commendatur. Puluis roriſmarini interne
p. 37. et 142. digeſtionem adiuuat nec non externe vlcera ſanat.

p. 77. Turiones roriſmarini cum muſto fermentando exhibent vinum egregium. Herba viridis et recens contuſa et pro cataplaſmate parotidibus, ſcrophulis, apoſtematibus polypisque fugandis vtilis dicitur. Lactis copiam lactantibus auget.

p. 9. Index morborum vero eſt valde prolixus, qui fugari iactantur hoc remedio et eius praeparatis, et ſuperſtitionem credulitatemque valde ſapit. Aqua potiſſimum Reginae Hungariae vulgo ſatis nota ex roremarino paratur, de qua iam alia occaſione*) diximus.

*) v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 640.

IV.

IV.

Verzeichniß der vornehmsten Schrifften von der Elektricität und den elektrischen Curen gesammlet von D. IOH. GEORGE KRÜNITZ *Leipzig bey Adam Heinrich Gallens Wittwe* 1769. 8. *Seitt.* 200. *außer den Vorbericht.*

i. e.

Index praecipuorum scriptorum de electricitate omnino et de medica electricitate a Cl. IOANNE GEORGIO KRÜNITZ collectorum.

Cl. GRALATH iam coepit tentaminibus et commentariis Societatis naturae indagatorum Gedanensis *) similem collectionem de historia electricitatis inserere, cuius et Cl. KRVNITZ in praefatione mentionem fecit et additamenta et continuationem hic sistit vsque ad nostra tempora. Initium electricitatis potest supra sexcentos annos ante Christi natiuitatem reduci, e. gr. Succinum, quod et graece appellatur ηλεκτρον, leuia corpora attrahebat et hoc appellabatur electricitas. Cuius incrementum vsque ad trigesimum annum decimi septimi seculi cernebatur, in numero eorum corporum aucto, quae cum succino similes habebant proprietates. Ab eo autem tempore electricitas multum et adeo creuit tum in physica, quam in arte medica, vt eius vtilitas atque magnitudo iam satis intelligatur et in posterum magis magisque apparitura sit. Exspectat enim Noster ex electricis tentaminibus medicis tam faustis, quam infaustis magnam vtilitatem difficultates physiologicas et pathologicas explicandi et facilius declarandi.

Quae

*) v. Tom. II. et III. v. comm. nostr. Vol. IV. p. 316. et Vol. VI. p. 590.

Quae cum ita ſint, conſtituit quoque Noſter a Cl. GRALATH coeptum opus, vti ſupra iam narrauimus, continuare atque ordinis et perſpicuitatis ergo ſex ſectionibus hanc rem abſoluere.

p. 9. Prima in ſectione agitur de electricititate ipſa, eius hiſtoria, tentaminibus variis phyſicis et mechanicis cum ea inſtitutis et eius theoria.

p. 129. Secunda in ſectione diſſeritur de naturali ſeu coeleſti electricitate ſiue de ſimilitudine inter ignem electricum et fulguris effectus. Electricitas haec appellatur fulguris, ſeu fulminea, ſeu naturalis, ſeu electricitas atmoſpherae aereae ſpontanea.

p. 153. Tertia in ſectione explicatur electricitas barometrorum. Huc pertinent barometra lucida ſeu phoſphoreſcentia, phoſphorus mercurialis, noctiluca mercurialis.

p. 159. Quarta in ſectione enarrantur varia notatu digna phaenomena electrica in natura vniuerſa ac potiſſimum in corpore humano.

p. 165. et 200. Quinta et ſexta in ſectione de electricitate medica eius vtilitate atque eius noxa exponitur.

Satis larga profecto librorum de electricitate phyſice et medice conſiderata copia hic inuenient Lectores, quibus non raro breuem epitomen Cl. KRÜNITZ addidit, ſeu praecipue notatu dignas res breuiter et accurate, vti ſolet Cl. Auctor, ex iis excerpſit.

V.

V.

Mechanifmes de l' électricité, et de l' univers Par M. I. C. F. DE LA PERRIERE, chevalier, Seigneur DE ROIFFÉ. . . Tome premier. A Paris, chez N. A. Delalain, libraire. M DCC LXV. 8. pagg. 362. Praef. pagg. 18. Tome fecond. ib. eod. pagg. 336. tabb. aere inciff. 4*).

i. e.

Mechanifmi electricitatis et vniuerfi, Auctore IACOBO CAROLO FRANCISCO DE LA PERRIERE, Equite, Domino DE ROIFFÉ.

Allecti lemmate, quod fronti libri praefixum videbamus: *dulcique animos nouitate tenebo.* OVID. cupide illum ipfum, tardius licet nobis cognitum, euoluebamus. Poft moleftam autem lectionem iam faciendum nobis eft periculum, an fideli recenfione apud Lectores noftros gratiam fimus inituri, quorum poftmodum liberum relinquemus arbitrio, quid de doctrina Noftri Auctoris iudicare, quantumue eidem ftatuere pretium velint.

Totus liber ex quadraginta tribus capitibus conftat, quorum aeque ac paragraphorum, ex quibus ea componuntur, feries per ambos tomos continuatur. Primum caput analyfin praeliminarem mechanifmi vniuerfalis fiftit, ex quo fequentia anno-

*) Ex hoc ipfo vero T. II. pagg. 227 feqq. videmus, vnam adhuc tabulam aeri incifam ad hunc librum pertinere, quam in eo certe exemplo, quod noftris in manibus eft, deeffe confpicimus.

p. 3. notabimus. Reiectis primis principiis corporum naturalium, ab aliis precario aſſumtis, ſubſtituit Noſter duo genera principiorum ſeu elementorum, alia elaſtica, alia non elaſtica, ex quibus poſtea proprietates generales corporum explicat. Immoratur dein praecipue fluiditati (cuius inferius adducit characterem eum, quod ſit facultas agendi quaquauerſum,) et tres ſpecies fluidorum elaſticorum p. 11. conſtituit: 1) vniuerſale vehiculum luminis, organon immediatum influxus ſolis, et baſin omnium partium vniuerſi (plane idem, quod magis cognito nomine, ab aliis aether dici conſueuit), 2) illud, quo globi ignei, ſoles ſtellaeque fixae componuntur, quodque ab his continuo in omnia corpora agit (ignis elementaris); 3) illud, quod ſub ſpecie bullularum in omnibus liquoribus adeſt et ex omnibus partibus omnium corporum egreditur, verum intime et inſeparabiliter cum igne elementari coniunctum eſt.

p. 14. Et haec quidem hac ipſa coniunctione ſphaeram efficiunt, quae globi terreſtris poros replet ſuperficiemque eius obtegit, eique inſeparabiliter annectitur, ipſa vero infinita ſphaera fluidi vniuerſalis cingitur, cui itidem inſeparabiliter annexa eſt. Varia commiſtio et proportio harum duplicium elementorum elaſticorum cum non elaſticis, partes corporum proprias, plus minus compoſitas, efficit, ita vt non elaſtica baſin, elaſtica vero, impulſionibus ſolo actiua reddita, caementum praebeant. p. 17. De actione fluidi vniuerſalis ab impulſionibus: ſolaribus actiui redditi in ſphaeras aeream et igneam, et harum verſus in partes conſtitutiuas corporum ipſas.

p. 20. Diuiſio corporum compoſitorum in fluida, de quibus iam ſuperius, in ſolida, in quibus pars non elaſtica praeualet elaſticae (contrarium in fluidis ob-

obtinet, quae nonniſi tunc partes non elaſticas admixtas habent, quum atmoſphaeram terrae aliorumque corporum craſſiorum conſtituunt); et in liquida, vbi paritas eſt vtriuſque generis elementorum, ita vt non elaſtica elaſticis innatando aequilibrium retineant. Ex his fluunt explicationes phaenomenorum: preſſionis aeris, aſcenſus, immerſionis cet. liquidorum. Quid ſint corpora dura et mollia, homogenea et heterogenea, miſcibilia et p. 27.
ea, quae miſtionem inter ſe reſpuant? non ex poroſitate, ſed ex varia proportione duplicis generis elementorum, ex quibus componuntur; de oleo elementari, coniunctionem partium efficiente, (eodem, quod plerisque Φλογιϛον dicitur).

De origine virium motricium vniuerſi, ex p. 31.
mutua actione ſolis et fluidi vniuerſalis illum ambientis (haec actio dicitur ſphaera ſolaris et radicalis), et de propagatione earundem in corpora compoſita, v. c. terram aliaſque planetas (ſphaera deriuata actiuitatis). De coniunctis ſphaeris aeris p. 34.
et ignis elementaris, quatenus vt menſtrua ſoluentia et generantia, corporum praecipitatione ſolutorum, quae ambiunt, conſideranda ſunt. Origo p. 37.
caloris et frigoris ab acceleratione actiuitatis in ſphaeris aeris et ignis elementaris, terrae annexis. Tandem epitome influxus impulſionis ſolaris originariae in vniuerſum ſyſtema mundi.

Caput ſecundum primo exponit de cauſſis diuer- p. 42
ſitatis colorum ignis, pro diuerſitate pabuli eius: proficiſcitur haec a diuerſitate vibrationum, quae fiunt a minimis partibus ignis elementaris. Tum de analogia et differentia inter materiam electricam ignemque elementarem et communem. Iſta non ex elementari tantum igne exiſtit, ſed inde, quod hic, in aere elementari incluſus, agitatione et per-

cuſſione corporum, ruptis quaſi vinculis, liber redditur. Expanſio ergo aeque caloris cauſſa eſt, ac motus materiae electricae.

p. 51. Caput tertium: de natura et proprietatibus ſubiecti immediati electricitatis, quod nil eſt niſi particularis atmoſphaera vnius cuiusvis corporis in ſuperficie terrae. Hae atmoſphaerae, quod experientia docet, perpetuo nituntur, ad depellendum diſſipandumque ambientem craſſiorem aerem, ipſamque adeo aquam: vnde ſequitur, has atmo-
p. 54. ſphaeras neque inter ſe, neque cum corporibus ipſarum miſcibiles, ideoque heterogeneas eſſe.
p. 56. Neque vero hae atmoſphaerae confundendae ſunt cum tranſpirabili corporum, cui pro vehiculo inſeruiunt. Heterogenea iſta qualitas et a commiſtione horror pendent a varia proportione olei elementaris, quod compoſitionem illarum ingreditur: quod quamquam fundamentum firmitatis vel gluten corporum conſtituit, tamen ſuperficies corporum eorumque atmoſphaerarum continuo obtegitur ſtrato leuiore, quod ex partibus propriis corporum conſiſtit, et perpetuo ab interioribus elaſticis partibus extrorſum propellitur, plus minus difficulter diſrumpendum.

p. 59. Haec viſcoſitas quamquam pro diuerſa olei elementaris proportione infinitos gradus diuerſitatis admittit, ad tria tamen genera apte poteſt reduci: alia enim corpora viſcoſa ſunt, nimirum reſinae, ſulphura, olea, cera, gummata, pinguedines cet. alia non viſcoſa, vt corpora viua, plantae, ligna, fructus cet. et alia mediae indolis, vt vitra, ambra, gemmae cet. Ab hac itaque viſcoſitate diuerſa denſitas corporum, et ab vtraque diuerſa actiuitas et vis reſiſtendi actioni aliorum corporum in ſe pendet: inde motus internus et oſcillatio minima-

rum

rum cet. et haec quidem acceleratio actiuitatis ipsa est electricitas. Mutatio virtutis et actiuitatis fluidi electrici a diuersa actione ignis et aeris elementaris in illud producitur.

Vlterior explicatio materiae electricae frictione excitatae. Fluidum istud constat ex moleculis admodum minutis facileque rumpendis, quae interpositis particulis ignis et aeris elementaris vniuntur, a minima percussione cedentibus, quod explosio et lumen euincunt; inde eadem phaenomena adeo facile minimum motum sequuntur in vacuo quodam, v. c. in globo, ex quo aer extractus est, in barometro cet. Haec flumina accelerationis actiuitatis magis concurrunt in extremitatibus corporum, vnde fit, vt ibi phaenomena electricitatis fortiora sint. Quae porro proponuntur explicationes phaenomenorum electricorum et successione percussionis et vibrationis, cum in electricitate naturali a moderato calore solis, ab igne communi et ab aere procellis agitato, tum in artificiali, omnia denique ad expansionem et accelerationem actiuitatis redeunt, quarum atmosphaerae particulares corporum quocumque demum modo capaces sunt. De effectibus expansionis et accelerationis actiuitatis ratione mutationum internarum in corporibus, non tantum in nostra terra, v. c. circuli humorum, transpirationis cet, sed etiam earum, quae totum nostrum globum terraqueum concernunt, v. c. vicissitudinum caloris et frigoris, fluxus et refluxus e. s. p. obseruare licet.

p, 63. p. 66. p. 69. p. 74.

Caput quartum: de duplici via excitandi electricitatem, frictione vel communicatione. Male diuidi corpora in electrica et non electrica. Superius adducta diuisione corporum fundamenti loco posita, corpora absolute viscosa tantum frictione,

p. 81.

non viſcoſa tantum communicatione, media vtroque modo, quamquam diſpari ratione, electrica
p. 85. redduntur. Inde diuiſio electricitatis in reſinoſam et vitream minus eſt neceſſaria.

p. 90. Caput quintum et ſextum: de influxu et actione aeris in phaenomena electrica, et explicationem maioris gradus electricitatis, in apicibus corporum electriſatorum detecti, mittimus, quum nihil peculiare in iiſdem deprehendimus, et ad ſequens caput progredimur, quo ſcintillarum, ignis et flammarum electricarum ratio redditur; ex quo
p. 111. notamus: Noſtrum lumen oceani electricitati eiuſ-
p. 113. dem, motu nauis excitatae, adſcribere. Enodatio quaeſtionis; an electricitas in vacuo excitata, penetrare poſſit vitrum? Quum electricitas non conſiſtat in effluxu, ſed ſolummodo in originaria acceleratione actiuitatis, quae frictione globi excitata, ſucceſſione percuſſionis et vibrationis in conductores e. ſ. p. propagatur; contradictio ſponte cadit.
p. 119. Tandem de electricitate animantium et lumine phoſphororum.

p. 122. Caput octauum: de vi electricitatis. Vlterior
p. 132. refutatio ſyſtematis effluxus et affluxus materiae electricae per frictionem: quae ſi pluribus globis fiat, non tamen niſi definitus maior gradus electricitatis inde exiſtit, qui ſuperari nequit, quantumcunque etiam frictionem augeas.

p 138. Caput nonum: de electricitate flammae. Haec electricitati quidem ſuſcipiendae idonea non eſt, quoniam vis directionis verticalis eiuſdem maior eſt quam eadem vis electricitatis: verum propter analogiam cum fluido atmoſphaerico et electrico, quandoquidem ipſa fluidum elaſticum et ſubtile eſt,

com-

commode conductoris electrici vicibus gerendis apta eſt, quod variis experimentis probatur.

Caput decimum ſiſtit explicationem attractionis, repulſionis et ſuſpenſionis electricae, ex diuerſitate atmoſphaerarum corporum, flumine centripeto et centrifugo cet. nimis prolixam, quam quae paucis verbis tradi poſſit; in tranſitu haec theoria ad motum corporum coeleſtium applicatur. p. 148.

Caput vndecimum: de electricitate vitrea et reſinoſa. p. 169. Comparatio aſcenſus fluidorum verſus tubum electricum ſuper iis collocatum, cum eodem phaenomeno in tubulis capillaribus. p. 174.

Caput duodecimum: de electricitate poſitiua et negatiua; p. 183. falſae notiones de electricitate fulminis; p. 189. accuratior eiuſdem theoria. Caput decimum tertium: de diuiſione electricitatis in naturalem, artificialem et medicam, et ſigilatim de poſteriore: p. 191. ea, quam olim medicamentis in cylindros incluſis excitare ſatagebant, ideo veriſimilis non eſt, quod per eiuſmodi cylindros electriſatione inſtituta ne mercurius quidem, cuius tamen particulis ſumma ineſt volatilitas, penetrare valet. p. 195. De exiſtentia fluidi electrici in animalibus eiusque analogia cum nerveo. p. 196. Qua ratione hoc mutetur in morbis a mutatis qualitatibus ambientis atmoſphaerae. p. 199. Methodus medendi morbis neruorum aucto vel reſtituto motu indeque pendente depuratione fluidi neruei; quod illuſtratur exemplo curationis morſus tarantulae per muſicos concentus. p. 202. De fluido electrico, inſtrumento refractionibus radiorum in mediis diverſae denſitatis.

p. 205. Caput decimum quartum: qui fiat, vt tunc demum, neque vlla alia ratione, is, qui globum fricat, electricus reddatur, quum nullum electricitatis cum vicinis corporibus commercium habens (*isolé*) a parte opposita tangitur ab alio, hoc commercium habente (*non isolé*)? quod inde euenit, quoniam alter iste attactu suo nouum flumen electricitatis, priori oppositum, suscitat.

p. 212. Capita sequentia experimentum Lugdunense, et quae eidem tamquam fundamento innituntur,
p. 216. explicant. Omne momentum positum est in mechanismo vniuersali propagationis electricitatis et fulminis electrici nimirum momentanea successione oscillationum rectilinearum et percussionis quaquauersum in circulo completo atmosphaerarum contiguarum, quae vehicula sunt huius percussionis, sine eo, vt locum mutent; neque opus est, vt confugiatur ad effusionem, effluxum, affluxum et transgressionem materiae electricae.

p. 292. In capite decimo nono transitus fit ad reliquas mutationes in natura obuias, in quibus electricitas naturalis se prodit. De caussis, quare electricitas effluxum aquae ex vase per aperturam capillarem augeat. Applicatio huius theoriae ad motum humorum in plantis.

p. 299. Caput vigesimum: de mechanismo electrico ascensionis liquorum in tubis capillaribus. Atmosphaera interna horum tuborum propter duritiem substantiae eorum et parietes sibi propinquiores fortius mouetur, quam corpora fluida ipsa: inde oritur conflictus; eo vsque durans, donec aequilibrium inter vtraque restitutum sit; durante hoc conflictu, fluidum, ab inferiore parte pressum, ascendit. Restituto autem aequilibrio, inferior finis colum-

columnae electricae pressionem, quam fluidum ab inferiore parte sustinebat, ideoque etiam vlteriorem eius ascensum impedit. Praeter diametrum p. 311. vero tubi, ratio etiam habenda est temperaturae aeris, quae ascensum fluidorum diuersa densitate et agitatione, quam iisdem inpertit, variat. E contrario, si fluido densior est atmosphaera, quam tubo, quod accidit metallis liquefactis, inprimis mercurio, istud potius descendit, iisdem ex rationibus, quas iam attulimus. Alia vero ratio est ascensus fluidorum p. 320. in tubis, corporibus spongiosis et porosis impletis, item ascensus succi in radicibus plantarum: quod postea fusius (exacte ad mentem MALPIGHII), Noster declarat.

Caput vigesimum primum: de mechanismo ele- p. 325. ctrico influxus et actionis aeris in corpora organica. Primo de qualitatibus generalibus aeris atmosphaerici, quatenus ex combinatione ignis et aeris elementaris oritur, et tamquam menstruum vniuersale earum rerum considerandus est, quae ad nutrimentum omnium corporum requiruntur. Comparatio inter organisationem animalium et vegetabilium. De influxu actionis aeris in vtriusque pro- p. 332. sapiae corpora. Quid sit aer purus, sanus, no- p. 338. xius? Posteriori Noster omnia ea annumerat, quae p. 345. respirationem nimis intendunt vel retardant, ergo p. 347. etiam animi affectus. Noxiae qualitates aeris ideo p. 349. praecipue damnum inducunt, quoniam eiusdem electricitatem destruunt. Atqui haec ipsa electri- p. 350. citas propria etiam et salubria principia ad conseruandam restituendamque sanitatem largitur; quod patet ex emolumento, quod senes ex eo capiunt, quando cum iunioribus cubant; quemadmodum corpus frigidum, calenti propius admotum, calescit. Explicatio mutationum, quae a musica in corpore p. 313.

humano producuntur; sunt eae impressiones, quas aer, oscillationibus corporum agitatus, ope fluidi electrici efficit, v. c. in morsu tarantulae, de qua superius iam Auctor dixerat. Melancholia ista consistit in lentore fluidi neruei, a salibus acidis volatilibus prognato, qui ope morsus in corpus inducti succos eiusdem specie quadam fermentationis deprauarunt: lentorem hunc percussio, a sonis musicis excitata, tollit. Eadem erat ratio muta-
p. 359. tionis, quam musica in Saulo praestabat. Tandem de aere tamquam medio propagationis soni.

T. II. Caput vigesimum secundum de mechanismo electricó sensationum corporearum, directarum, re-
p. 2. flexarum et mixtarum. Ex celeritate commotionis electricae, et eius, qua corpora organica mouentur, probabiliter coniici potest, vnum idemque existere vehiculum, cuius ministerio vterque motus producatur: hocque fluidum elasticum et subtile esse simul electricum, nerueum, mouens, sensitiuum
p. 3. et animale. De sensationibus directis, quae sunt concussiones in organis sensuum per obiecta externa productae, et mediante fluido nerueo ceu vehiculo ad cerebrum, congregationem neruorum omnium, propagantur: haec concussio dicitur Nostro archetypa et characteristica, a qua reliquae sensationum species proficiscuntur, nimirum refle-
p. 11. xae, quae non ab obiectis externis, sed a caussa accidentali, v. c. motibus tumultuariis massae generalis fluidorum, excitantur, et analogiam sensationum olim perceptarum in sensorio communi pro-
p. 18. ducunt; et mixtae, ab vtraque caussa coniuncta oriundae.

p. 23. De gratis obiectis sensuum, quorum ope maior copia sensationum directarum et reflexarum excitatur. De discrimine inter facultatem sentiendi et mo-

mouendi, quae neruis ineſt. De cauſſis motus p. 27.
neruorum retardati vel ſuppreſſi: quomodo partes ſalinae et aquoſae, introductae in fluida, elaſticitatem eorum minuant; huc pertinent ſales acidi diſſoluti volatilesque redditi, quibus plantae narcoticae, venena cet. abundant. De cauſſis ſympathiae et antipathiae, ſitis in analogia vel oppoſitione actiuitatis, proprietatum et principiorum inter atmoſphaeras duorum corporum ſeſe contingentium.
De apparitionibus in ſomno ac deliriis febrilibus, p. 28,
tamquam ſenſationibus mixtis, productis a calore et agitatione interna maxime auctis inordinatoque ſpirituum animalium motu.

Caput vigeſimum tertium fundamenta ſtruit p. 30.
theoriae vranologiae electricae. Comparatio inter actionem ſphaerae ſolaris et radialis cum ſphaera electricitatis, frictione globi excitata: vtraque eſt acceleratio expanſionis actiuitatis, propagata per ſucceſſionem percuſſionis, vndulationis et vibrationis; vtraque agit in atmoſphaeram corporum, actioni eius expoſitorum, indeque ſuſpenſionem producit, ita vt quodlibet corpus ſimul circa proprium centrum moueatur, quia actio ſphaerarum ſupra dictarum in illud ex omni parte aequalis eſt, ideoque motum aequalem in eo efficit: quemadmodum globus, non obſtante grauitate ſpecifica, a radio ſalientis aquae ſuſpenſus tenetur, neque tamen minus ſimul circa axem mouetur. In vtroque caſu corpora haec attracta, alia ſe ipſis leuiora, attrahunt, quae iam motum ſuum ad atmoſphaeram priorum (ſphaeram deriuatam) dirigunt, neque ab radicali ſphaera dependent: ita comparatus eſt motus planetarum eorumque ſatellitum.
Hae cauſſae mechanicae orbitam planetarum tan- p. 43.
quam ſphaericam definiunt: ellipticam eius figu-

 ram,

ram, ab aſtronomis aſſumtam, vere talem non eſſe, alia occaſione ſe demonſtraturum Noſter pro-
p. 335. mittit, quod promiſſum inferius repetit, appendicis loco ad praeſentem librum nouam methodum refractionum atmoſphaericarum ſeſe editurum ſpondens.

p. 45. Caput vigeſimum quartum tonitru ex electricitate explicat, admodum concinne, ſed ita, vt pau-
p. 58. cis contrahi nequeat. De reliquis meteoris lucidis, quorum nonnulla nil ſunt niſi reflexiones, refractiones et modificationes luminis, alia inflammationes vel exhalationes e terra eleuatae; in tran-
p. 64. ſitu ſimul de incendiis corporis humani ſpontaneis,
p. 66. ipſiusque telluris. De aurora polari tam auſtrali quam boreali: oritur a vaporibus ſub reliquis Zonis a ſole eleuatis, qui ibi magis coaceruantur, vbi columna aeris terrae incumbentis humilior eſt, i. e. ſub polis, vbi depreſſa eſt terra; hic nubes iſtae collectae pondere ſuo decidunt, inde cum ſubiecto aere frigidiore fermentationem ſubeunt, et inflammantur. Quare vero ſimile eſt, auroram hanc ſemper prope polos adeſſe, quamquam non eius ſemper magnitudinis, vt e longinquo conſpici poſſit, quod aſtronomos et peregrinantes eo deduxit, vt perpetuam eius praeſentiam negarent. Vapores hoc modo praecipitati, a ventis ex hoc conflictu ortis (in regione boreali NO, in auſtrali SO) iterum in eaſdem zonas, vnde aduenerant, reportantur; et eo ipſo, quoniam in his locis eandem ſemper proportionem ſeruant, perpetua aurorae pola-
p. 71. ris praeſentia euincitur. De origine luminis zodiacalis ex iiſdem exhalationibus atmoſphaerae terreſtris circa aequatorem, a ſole illuminatis. Neque lumen polare, neque zodiacale poſſe dici atmo-
p. 73. ſphaeram flammantem ſolis ipſius; quomodo enim

hoc

hoc in caſu mercurius, venus et terra, immerſa in ſinu harum flammarum deuorantium, ab incendio et deſtructione ſeruari poſſent?

Caput vigeſimum quintum nouam theoriam magnetiſmi exhibet. Primo de eius differentia ab electricitate. Tum de eius origine: Impulſiones radiorum ſolarium a corpore ſolis ipſius profectae fluido elaſtico et ſubtili vniuerſali, quod ipſis vehiculo eſt et ſimul globum terraqueum cingit, triplicem characterem percuſſionis, vndulationis et vibrationis impertiunt; hae impreſſiones in aequatore, centro, circa quod terra mouetur, fortiores ſunt, quam verſus polos, indeque materia magnetica ab hoc centro verſus polos fluit; quoniam vero vndulationes centripetae et aer ſucceſſiue frigidior motum hunc retardant, is non in recta linea progreditur, ſed ſpeciem quandam parabolae deſcribit. Partes magneticae figuram habent infundibuli, quod altero latere peripheriae planum eſt, altero rotundum; apex et pars plana, vtpote denſiores, ſemper primae cadunt, pars rotunda, vtpote flexilis facile aperienda et occludenda, fluminique magnetico patet, quod inflatione eam aperit: et ſic atmoſphaera magnetis et ferri intrat, a flumine magnetico impulſa. De directionibus fluminis magnetici ratione influxus et effluxus eiuſdem. Inde explicatur, cur magnetes diuerſorum nominum ſeſe mutuo attrahant, cognomines ſe repellant. Cur magnes ſolum ferrum attrahat? quia atmoſphaerae reliquorum corporum prorſus heterogeneae et ad mixtionem cum atmoſphaera magnetis ſubeundam ineptae ſunt. De vſu armaturae magneticae. Quomodo ferrum ſponte magneticum reddatur. De declinatione magnetis verſus polos telluris. De penetrabilitate materiae magneticae. De figura po-

p. 75. p. 78. p. 82. p. 85. p. 88. p. 91. p. 97. p. 100.

pororum magnetis apta ad recipiendas impreſ-
ſiones vorticis magnetici. Quomodo actio ſolis
p. 112. directionem fluminis magnetici mutet. Haec
omnia in duabus tabulis aere inciſis proponuntur et
vlterius explicantur, quae directionem fluminum
magneticorum ab aequatore verſus polos, et phae-
nomena magnetis ipſius ſiſtunt.

p. 119. Caput vigeſimum ſextum viam pandit ad ſub-
ſequuturam theoriam de fluxu ac refluxu maris, et
primo obiectiones contra ſyſtemata hucuſque re-
cepta, quae cauſſam huius mutationis in actione
p. 128. lunae ponunt, ſiſtit. Tranſitus a doctrina de ele-
ctricitate, in atmoſphaeris omnium corporum na-
turalium per impulſiones ſolares excitata, ad phae-
nomena in planetis obuia, et in ſequentibus capi-
tibus primo ad fluxum et refluxum.
p. 131. Ope electriſationum ſolarium in ſuperficie tel-
luris exiſtit augmentum rarefactionis et diminutio
preſſionis et grauitatis, a polis verſus aequatorem,
quae aequalem altitudinem aquae mutat: quibus
accedunt reuolutiones diurnae, annuae et periodi-
cae ſolis intra tropicos, eiuſdemque progreſſiones
p. 134. alternae ab vno ad alterum, quoniam aer tropico-
rum quotidie magis attenuatur, quum ſol ſupra
horizonte, quam quum ſub eodem eſt, ideoque
ſub priori tempore minus ponderis habet; inde
aucta hac rarefactione aquae eleuantur, et minuta
cadunt infra aequalem altitudinem, eamdem vero
tempore nocturno iterum aſſequuntur, inde duplex
oſcillatio, quarum tamen ſecunda, ſeu ſubalterna,
debilior eſt priori ſeu dominante, et nonniſi huius
effectus putari debet. Si igitur verſus aequatorem
aqua aſcendit, verſus polos eodem momento de-
ſcendat neceſſe eſt, et vice verſa. Subiectum
ergo fluxus et refluxus eſt lamina mobilis aquae,
vel

vel vndulatio ſucceſſiue verſus polos propagata.
Aſcenſus iſte primo euenit in mari atlantico aethio- p. 140.
pico, et ſole vlterius progrediente in mari pacifico. p. 142.
Quaecumque aequilibrium aeris atmoſphaerici tur- p. 144.
bant, non, ſunt niſi accidentia localia, neque ſuffi-
ciunt ad perturbandam oſcillationem generalem
aquae inter aequatorem et polos.

Cauſſa, cur fluxus et refluxus non idem ſtatum p. 147.
tempus ſeruant, in eo poſita eſt, quia aqua reflua
vna cum ſubiacente aqua tempore quodam indiget
ad perficiendum reciprocum ambarum harum maſ-
ſarum contactum et reſtituendum in vtraque aequi-
librium. De fluxu et refluxu Primario (*marée* p. 151.
matrice) et radicali vtriuſque magni oceani, a cen-
tro eiusdem verſus aequatorem ſe extendente et
fluxus refluxusque ſubalternos portuum littorum-
que, ad quae pertingit, moderante, quod argu-
mentum in ſequenti capite vigeſimo nono vlterius p. 155.
exponitur, ſimulque ratio redditur mutationum in
horis fluxus, quae decimo quarto vel quinto quo-
vis die obtingunt. Caput trigeſimum: de compara- p. 171.
tione menſium lunarium cum menſibus fluxus ac p. 180.
refluxus, et trigeſimum primum: de cauſſis diuerſi
temporis fluxus ac refluxus in variis littoribus ac
portubus vnius eiuſdemque regionis, iam fuſius
non tangimus, ad caput trigeſimum ſecundum pro- p. 190.
greſſuri, quod de eminentia fluxus et refluxus in
zonis temperatis prae torrida, aequinoctiorum prae
ſolſtitiis, ſolſtitii brumalis prae aeſtiuo, aequinoctii
auctumnalis prae vernali, exponit. Prioris diffe-
rentiae cauſſa generalis ea eſt, quia in zona torri-
da plures a ſole eleuantur, ideoque aer non adeo
magnum gradum rarefactionis conſequi poteſt.
Reliquae mutationes a diuerſa poſitione ſolis ver- p. 197.
ſus tellurem proficiſcuntur, prout eadem eſt verti-
calis, in aequinoctiis; remotior, in ſolſtitiis: vel
pro-

propior, in tempore inter ſolſtitia et aequinoctia medio.

p. 197. Caput trigeſimum tertium: ſubitum augmentum fluxus et refluxus, quod obtingit elapſo menſe poſt ſolſtitium aeſtiuum (*marées de la magdelaine*), debetur niui tunc temporis in regione boreali zonae torridae liqueſcenti, qua volumen aquae, licet ad breue tantum tempus, augetur. Eadem eſt cauſſa vorticum hoc tempore in oceano iſto deprehendendorum. In tranſitu coniecturae quaedam de origine reliquarum ingentium voraginum, v. c. illius prope Noruegiam, et charybtis.

p. 203. Caput trigeſimum quartum repetitionem prius dictorum et conſectaria inde collecta ſiſtit.

p. 214. Duo ſubſequentia capita tranſimus, quae explicationem vlteriorem huius ſyſtematis, figuris illuſtratam exhibent.

p. 241. Caput trigeſimum ſeptimum ſingularia localia fluxus et refluxus in quibuſdam locis exponit, quod
p. 247. argumentum in capite ſequenti continuatur, poſteaque oſtenditur, cur in variis locis vel prorſus non, vel imperfecte tantum haec mutatio adeſſe conſpiciatur.

p. 264. Caput trigeſimum nonum docet modum calculum ducendi fluxus ac refluxus in portu quodam; adiuncta eſt tabula eum in finem concinnata, de fluxu ac refluxu in portu Rupellenſi obſeruato, vbi hora media fluxus eſt 3 hor. 45′ poſt meridiem, et retardatio diurna 50′ 28″.

Ca-

Caput quadragesimum de mechanismo electrico inclinationum propriarum et respectiuarum axium polorum et orbitarum planetarum, et vicissitudinis temperiei et aequinoctiorum inde pendentium. p. 279.
Supra adducta actio glaciei et frigoris in laminas mobiles aquae a polis versus tropicos et ab his ad illos, perpetuum efficit motum oscillatorium globi terraquei, qui ideo perpetuo polis suis versus solem, tamquam centrum mouens, inclinatur. p. 282.
Motus iste se decussat cum motu rotatorio seu progressiuo ab occidente versus orientem, vnde motus compositus existit, diuersus tamen pro diuersitate virtutis motricis primae vel secundae speciei: inde diuersitas inclinationum propriarum et respectiuarum axium, polorum et orbitarum planetarum, horumque declinationum ab ecliptica. Vt de terra, sic idem etiam valet de reliquis planetis, quippe quibus eadem est structura, Cometae e contrario neque satis aquae in superficie habent, neque brachia maris satis extensa, ad producendum motum oscillatorium ab vno polo versus alterum; quare solo motu rotatorio, alii ab oriente versus occidentem, alii inuersa ratione, vtuntur. p. 285. p. 289.
De motu terrae per eclipticam: explicatio apparentis eiusdem declinationis. Huic theoriae iterum figura subiuncta est, ad ipsam melius intelligendam explicata. p. 291. p. 296.

A motibus istis pendet mutabilitas arcuum diurnorum declinationis terrae a sole, quam caput quadragesimum primum tradit. p. 304.

Sequens caput errores in systematibus huc vsque assumtis de motu corporum caelestium arguit, et vlteriorem explicationem motus planetarum circa solem, et diuersitatis illius, exhibet. Idem argumentum in vltimo capite continuatur, et postea dis- p. 310. p. 322.

discrimen inter annum astralem, naturalem et luna-
p. 332. rem docetur. Tandem de origine Zodiaci, quae antiquissima statuitur, et ad mille circa annos ante
p. 334. diluuium ponitur.

VI.

Matiere medicale, extraite des meilleurs auteurs, et principalement du traité des Medicamens de Monsieur de TOVRNEFORT, et des Leçons de M. FERREIN, par M**** Docteur en Medecine. Tomè I. à Paris MDCCLXX. 12. pagg. 490. praeter introductionem cet. Tome II. ib. eod. pagg. 664. Tome III. ib. eod. pagg, 691. cum indice generali omnium trium tomorum.

i. e.

Materia medica, ex optimis auctoribus et praecipue ex tractatu medicamentorum Cl TOVRNEFORTII et Praelectionibus Cl. FERREINII extracta Auctore anonymo, Tomus I. II. III.

In tomo primo sequentia reperiuntur.

Tom. I. Priusquam Cl. Auctor tractationem medicamentorum ipsam aggrederetur, praemisit vitam egregii TOVRNEFORTII et introductionem in materiam medicam; porro quaedam notatu digna therapeutica; tum quaedam circa remediorum diuisionem, et tandem circa proprietates eorum, ratione odoris, saporis et qualitatum chemicarum. Opus autem ipsum in medicam materiam internam et externam diuisum est; Specialem vero diuisionem hic indicare, ob breuitatis studium, ab instituto no-

stro

ſtro alienum putauimus. Medicamenta autem ſingula ita recenſet, vt hiſtoriam eorum breuem, bonas notas, partes conſtitutiuas vſumque varium addat.

Caſſiae varias exponit qualitates, quae ratione locorum natalium inter ſe differunt. Braſilianae vncia vna fortiorem vim laxandi exſerit duabus Caſſiae communis. Eadem differentia *Roſam moſchatam* C. B. et *Roſam pallidiorem* intercedit; prior enim fortiorem, poſterior autem mitiorem virtutem habet. *Rhabarbarum* bene et vtiliter coniungitur, cum canella aut ſale fixo, vt, viſcidis infimi ventris impuritatibus, quae inteſtinis firmiter adhaerent, magis reſolutis, eae facilius inde eliminari poſſint. p. 7. p. 31. p. 37.

Corrigunt *Helleborum nigrum* ſal Tartari, lapis prunellae, Tamarindi, oxymel cet. Loco Hellebori nigri veteres Ranunculum foeniculi folio (quae eſt Ranunculi aquatilis LINN. Var. δ.) et Adonidem vernalem adhibuerunt. Meliorem autem ſubſtituit *Helleborum viridem* LINN. ex eo, quod ei praeter notas Hellebori nigri partes conſtitutiuas, ſal volatile concretum inſit. *Helleborus niger*, Auctore Noſtro, copioſe creſcit ad pedes montis olympi circa vrbem *Pruſe*, ſiue *Burſe*: ex libris huius viginti quinque parauit extracti libras duas cum dimidia. Radices multo craſſiores noſtrate et longiores, ſine odore et acrimonia, ſed valde amarae; folia latiora et pedem vnum longa; caulis pedis vnius. *Helleborus albus* eſcharis, a cauterio obortis, applicatus, magnam ſeri copiam allicit; vis illius draſtica aceto vini corrigitur. p. 42.

Vires *Gratiolae* valde pernicioſas cenſet eamque eroſiones in inteſtinis producere in hominibus debilioribus affirmat, praefert itaque ei ſui ipſius vſu atque experientia edoctus, *Gratiolam Monnieram* p. 112.

LINN. quae nulla tormina excitat. Vidit illam, licet in America ſemper propemodum corolla quinquefida et ſtaminibus totidem gaudeat, non raro in Europa quadrifidam ſtaminibusque quatuor. Vermibus valde aduerſatur.

p. 139. Botanici plerique fere radices *Hermodactylorum* pro ſpecie Iridis habuerunt, reperit autem Noſter plantam ipſe in Aſia minore Colchico noſtro foliis et fructibus ſimillimam.

p. 189. Folia *Ipecacuanhae* proſunt in omni genere fluxuum (*les maladies de colliquation*), in affectibus pectoris, ventriculi et obſtructionibus, quibus, qui Indiam occidentalem adueniunt, afficiuntur, nec non ad prouocanda catamenia.

p. 199. Olei empyreumatici *Nicotianae* guttula vulneri applicata, mortem affert; in vlceribus ichoroſis applicatum, ſaepiſſime vomitus produxit.

p. 242. Ex errhinis tantummodo *Hippocaſtani* et *Lauroceraſi* mentionem iniicere ſufficiat: fructus prioris rari et naribus excepti, ſternutationes violentas producunt; alterius folia, pulueriſata, idem praeſtant, licet effectus lentius ſuccedat, qui quam primum accedit, tantus eſt, vt ii, qui pulueri tabaci aſſueti, non facile mouentur, horum foliorum vſu valde irritentur concutianturque.

p. 308. Circa finem ſectionis de expectorantibus animaduerſiones addidit, vtiles. Etenim ſunt plantae pectorales, quarum partes vel fixae, vel volatiles ſunt et ratione huius differentiae eae vel in infuſo, vel in decocto exhibeantur. Sic plantae naſturtinae, ex quibus imprimis *Eryſimum officinale* huc refertur, omnem vim actiuam, quae in ſale volatili blando deliteſcit, in decoctis amittunt, adeoque Syrupus de *Eryſimo* LOBELII, alias praeſtantiſſimus, more conſueto paratus, nil niſi viſcoſitatem plantae recondit. Addit tandem cautelas de

iis

iis, quae in morbis pectoris chronicis, vel acutis adhiberi debeant.

Melissa humilis, latifolia maxima, flore purpurascente TOVRNEFORTII *Inst.* inter praestantissima diuretica refertur. Radix *Centaureae Calcitrapae* LINN. diureticam, vulnerariam et febrifugam virtutem praecipue in morbis renum et vesicae caute commendat. Partes enim non solum sabulosas et calculosam materiam, sed etiam sanguinem sincerum interea per vias vrinarias expellit. *Cerefolium* cum *Betonica* forma cataplasmatis applicatum retentionem vrinae prompte iuuat. p. 37 p. 383. p. 394.

Initium tomi secundi emmenagoga faciunt, vbi Cl. Auctor lectu dignam tractationem anatomicam, physiologicam, pathologicam et therapeuticam praemisit eorum, quae fluxum catameniorum concernunt. Ad emmenagoga autem Noster plurima amandauit remedia e. g. *Camphoram, Cinamomum* etc. Tom.II

Polytrichum commune LINN. est sudoriferum. Medicus quidam doctus Normannianus obseruauit illius effectus mirandos in pleuritide; plerumque eius decocto vtimur, sed aqua destillata praestat. Irrigatur nimirum planta aqua communi et diebus post macerationem tribus destillatur, quae destillata denuo cum planta, aqua cohobatur et, peractis sic sex cohobationibus, obtinebis aquam fere spirituosam, sudores valde prouocantem, ad cochleare vnum propinandam. p. 169.

Lignum *Paliuri* (quae est Rhamni species) est diaphoreticum, semen illius diureticum. Alia species, cui nomen *Ceanothus* gonorrhoeis trium, vel quatuor dierum, morbisque venereis trium septimanarum spatio medetur. p. 174.

p. 262. Roob *Myrtillorum* in diarrhoeis et bile aeſtuan-
p. 273. te magnam affert vtilitatem. Cinis *ſuberis*, oleo ouorum impraegnatus ad producendas haemor-
p. 274. rhoides laudatur. Fructus *Celtis* in haemorrha-
p. 316. giis cum ſucceſſu propinantur. Semina *Amaranthi* in dyſenteria benigna proſunt; idem ſemen *Rumicis ſanguineae* LINN. praeſtat.

p. 403. *Arnicae* flores maiorem vim habent ac folia, ob partes reſinoſas, a quibus virtus actiua huius plantae pendet; ante vſum eorum relaxante opus eſt, poſtea corpus exſpatiando mouendum et ſic accidentia, quae alias ſuperueniunt, minus fortiora accedunt.

p. 435. Floribus *Papaueris rhoeados* magnam vim calefacientem tribuit, et plures medicos ſine attentione illos promiſcue praeſcribere affirmat. Initio inflammationis a Noſtro reiiciuntur.

p. 481. Praemiſſis, quae examen chemicum lactis concernunt, Cl. Auctor pergit in vires illius inquirere. Non adeo magnifice ſentit Noſter de lactis vſu et commoda pariter ac incommoda lacticinii accurate hic perueſtigat.

p. 590. Infuſum *ficuum* et foliorum *roriſmarini* validas vires diureticas habere et permultos hydropicos radicitus curaſſe teſtatur; idem fere praeſtant caules et turiones ficus, vino infuſi. Folia illius in colica conducunt; ſuccus eius lacteus pernicioſus non, niſi coſmeticus, cenſendus.

p. 596. Oleum *ſtrobilorum pini*, cum ſpiritu vini mixtum, mirum praeſtat vſum in arthritide vaga, paralyſi et neruis obtuſis.

T. III. In tomo tertio haec notamus.

p. 67. Digitalis apoplexiam inueteratam ſanare fertur; in Italia in curandis vulneribus valde uſitata.
p. 87. Pellicula alba, quae pulpam aurantiorum immediate tegit, in dyſuria valde efficax eſt.

Abſin-

Abſinthium, recens exhibitum, narcoticas vires habet, ideoque exſiccatum anteponit Cl. Auctor. p. 153.

Aquam *Dracunculi* (*Artemiſia Dracuncul.* LINN.) ſi cohobando penetrantior redditur, Angli in peſte magni faciunt; in necandis certe vermibus egregios edit, effectus: his viribus, modo dictis, etiam *Hypericum Androſaemum* LINN. conſpicuum eſt aeque ac ſimul aperientibus. p. 294. p. 298.

Species quaedam *Celaſtri* in Senegallia in morbis venereis ſpecifica; Celeberrimus ADANSON feliciter cum noſtro *Paliuro* et *Zyzipho* ſimilia experimenta inſtituit. Contra morſus ſerpentum *Seſamum orientale* LINN. laudatur. p. 338. p. 347.

Veronicae vulgari quoque ſubſtitui poſſunt *Veronic. Teucrium* LINN. *Veron. Chamaedrys* LINN. *Veron. ſpicata* LINN. et *Antirrhinum ſpurium*; hoc poſterius, praeter vires, Veronicae ſimiles etiam pro ophthalmia et lippitudine idoneas habet. *Anthemis tinctoria* LINN. eſt vulneraria, deterſiua et aperitiua, inque colica et morbis hepatis prodeſt. p. 408.

Progreditur Cl. Auctor ad materiam medicam externam, vbi remedia externa ad quatuordecim diuiſiones reduxit. Ad calcem ea, quae in morbis oſſium et oculorum conducunt, adiecit. p. 439.

Polygono Perſicariae et *P. Hydropiperi* vires detergentes adſcribit. *Heliotropii* ſuccus corroſiuus in delendis verrucis et vlceribus carcinomaticis commendatur. p. 522.

VII.

Nouveau traité des vapeurs, ou traité des maladies des nerfs, dans lequel on développe les vrais principes des vapeurs. Par Mr. PRESSAVIN, Gradué de l' Université de Paris, Membre du College Royal de Chirurgie de Lyon, etc. Demonstrateur en matiere Médico - Chirurgicale. A Lyon, chez la Veuve Reguilliat, Libraire, & se trouve à Paris, chez des Ventes De Ladoué, Libraire. MDCCLXX. 12. maj. pagg. 346. praefatio pagg. 6. discursus praeliminaris pagg. 42.

i. e.

Tractatus nouus de affectibus vaporosis, seu tractatus de morbis neruorum, in quo vera principia affectuum vaporosorum explicantur. Auctore Cl. PRESSAVIN.

Antequam de morbis ipsis neruorum exponit Auctor Noster, disquisitiones de veris principiis animalitatis, vt dicit, praemittit, reprehendens eos, qui phaenomena in oeconomia animali conspicua seorsim, nulla habita ratione mutui eorum nexus inter se, considerant, aut principia ipsius in scientiis peregrinis quaerunt. Proprium animalis est illud, quod plerumque irritabilitas dicitur, quod tamen nomen Nostro quam maxime displicet, cui nomen elasticitatis viuentis substituit, eiusdemque diuersitatem a sensilitate docet. Huius elasticitatis viuentis indolem et praesentiam in corde, intestinis ac diaphragmate enarratis experimentis in fele captis, demonstrat. De primis stamini-

ſtaminibus animalis, in quibus iſta elaſticitas ideo maxima ſit, quoniam fibra tenuiſſima, neque cum alia quadam ſubſtantia coniuncta ſit, quae effectum illius minuat, ſed mere neruea, quod MALPIGHIVS docet, obſeruatio confirmet. In ſubſtantia igitur neruea reſidere elaſticitatem iſtam, quae forte electricae indolis ſit, quum in experimento Lugdunenſi commotio maior ſit quam cauſſa, quae eam produxerit, aeque ac irritabilitatis effectus maiores ſunt cauſſa, a qua iſta profecta eſt.

Declarata dein mutatione, quam fetus ſubit ex vtero materno egreſſus, et propriam nunc vitam viuens, progreditur ad conſtituendum centrum omnium virium animalium, quod in regione epigaſtrica ponit, et inde probare ſatagit, quod ad quemuis niſum vehementi inſpiratione opus ſit; quod ſenſus omnes ſub inſpiratione, nobis quidem velut inſciis, fortius operentur; quod *ſenſus internus*, organon immediatum animae, inſpiratione quam maxime iuuetur, vti in genere tempus exſpirationis quodammodo ſtatus quietis dici poſſit cet.

Inde exponit de diuerſis motus machinae animalis ſedibus atque inſtrumentis; primum nempe cordi locum tribuit, dein diaphragmati, poſtmodum canali inteſtinorum (ab ore ad anum vſque) et tandem cerebro, cuius neceſſitas multo minor ſit, quam reliquarum partium, quum infantes ſine illo viuentes in lucem editi ſint, numquam vero ſine corde, vel diaphragmate, vel inteſtinis. Tamen eidem directionem operationum exteriorum animalium, et ſedem ſenſus interni, impreſſiones a ſenſibus exterioribus factas recipientis, concedit: neque eiuſdem, ſeu potius ſenſus interni, in reliqua organa imperium et reactionem, v. c. in animi affectibus, negat; motus vero vitales non a cerebro,

ſed a viribus centralibus repetit, ita, vt his imminutis, actiones animales aeque ſubito turbentur, non autem vice verſa, v. c. in apoplexia cerebrum occupante, turbatis actionibus animalibus, tamen vitales parum mutentur.

De motu muſculari, quem ſenſus internus tantum incipiat, et propria muſcularibus fibris elaſticitas, mutua inter extenſores flexoresque reactione, continuet, donec ſenſus internus, actione fortiori iis impreſſa, eos rurſus ad quietem diſponat. De diverſa relatione organorum ſenſoriorum ad ſe mutuo, et ad ſenſum internum. Male ſenſus externos ad quinarium tantum reduci numerum, et cuiuis potius parti diuerſam ſenſationem tribuendam eſſe, vel ad minimum appetitum, nauſeam, ſitim cet. aeque ac quinque ſenſus cognitos hoc nomine inſigniri debere. De cauſſis abolitionis ſenſuum externorum.

Tandem de vſu cerebri: illud minime pro origine, ſed potius pro fine neruorum haberi oportere, praecipue eorum, qui ad perficiendos motus a ſenſu interno determinandos deſtinentur; v. c. neruum intercoſtalem non, niſi tenue filamentum ad cerebrum ablegare, quod nullo modo pro origine huius nerui haberi queat: maiori forte iure cerebrum pro fonte nutritionis neruorum haberi debere cet.

Huic igitur theoriae, a nobis expoſitae, in libro ipſo tractationem de morbis neruorum ſuperſtruit Auctor noſter, quae quidem tribus abſoluitur partibus, quarum prima ſedecim, ſecunda ſeptemdecim, tertia octo capita complectitur: eo quidem ordine, vt praemiſſis quibuſdam generalioribus, morbus ſenſationum, motuum voluntariorum, et actionum vitalium conſideret.

Primo

Primo ergo loco de diminuta ſenſibilitate ner- p. 7.
vorum ſenſibus deſtinatorum agit, quo ſpectant torpor (*engourdiſſement*) et maior eius gradus, ſtupor, praeſertim habito reſpectu ad laeſiones a vulneribus ſclopetariis; tandemque paralyſis; in qua, cum ſaepiſſime cauſſae abſconditae ſint, remedia neruina et ſtimulantia externa aeque ac interna commendat, balneo arenae calidae ſe ſaepiſſime p. 23.
cum inſigni emolumento vſum fuiſſe adfirmat, electricitatis, vtpote remedii in ſe parum periculoſi, efficacitatem tunc tentandam non improbat, quum reliqua auxilia nihil praeſtiterint, mercurii autem, neruis infeſti, vſum interdicit, niſi is in quibuſdam caſibus ſumme diuiſus propinari queat.

Progreditur inde ad eandem ſenſibilitatem nimis p. 25.
auctam, quorſum refert pruritum, titillationem, ac denique ſummum horum gradum, dolorem. Simul exponit de praeſtantia narcoticorum in cancro, et quamquam iis curari triſtem hunc morbum non vidit, tamen, ſi vmquam detur remedium ſpecificum aduerſus eum, illud in norcoticorum claſſe quaerendum eſſe fatetur. Monet praeterea, veteres, quorum remedia adeo ſaepe crudelia nobis videantur, maiorem, quam nos, rationem doloris habuiſſe: poſtea quaedam addit de praeſtantia ſanguinis miſſionis localis, ſigillatim de vſu ſectionis arteriae temporalis in inſtante meningum inflammatione, qua duos aegros ſeruauit, plures autem, denegato hoc auxilio, perire vidit.

Nerui motibus voluntariis dicati triplici ratio- p. 31.
ne afficiuntur: ſeu relaxatione, in cuius tractatione Noſter ad ea ſe refert, quae iam ſuperius de ſtupore et paralyſi dixerat; ſeu tenſione, ſeu actione irregulari. Ad tenſionem pertinent irritatio

 (*érèthiſme*),

(*éréthiſme*), leuiſſimus morbi gradus, cuius abſolutiorem tractationem conſiderationi affectuum *vaporoſorum* reſeruat; ſpaſmus, et conuulſio. Spaſmum in vniuerſalem et particularem diuidit: priori adnumerat tetanum, emproſthotonum et
p. 36. opiſthotonum. Eiuſmodi ſpaſmum vniuerſalem ipſe vidit a dolore ſub fruſtraneis moliminibus dentem euellendi excitatum.

De praeſtantia balneorum in hoc morbo, aliorumque relaxantium. Ligaturae fortiori omnium membrorum quiſnam effectus adſcribendus ſit, non liquet. Exiguus etiam, ſi quis vmquam, videtur vſus cucurbitularum ſiccarum. Mittimus reliqua auxiliorum genera, aduerſus cauſſam ſpaſmi, v. c. laeſionem partium tendinearum et aponeuroticarum cet. propoſita. Ad ſpaſmos particulares pertinent ſpaſmus maxillae inferioris (*tic*), ſtrabiſmus, ſpaſmus muſculorum colli (*torticolis*), contractura artuum, priapiſmus, crampus. In ſpaſmo maxillae infantum mirum effectum exper-
p. 46. tus eſt Noſter a balneis tepidis. Repetit obſerua-
p. 48. tionem Cl. ANDRÉ de curatione huius morbi in femina, diſciſſione nerui infraorbitalis peracta.

p. 50. De cauſſis viſus obliqui, deque modis eidem medendi. Strabiſmum omnibus infantibus in primo vitae tempore proprium iudicat. Optimum idemque ſimpliciſſimum remedium eſt, vt alternatim per octo vel quatuordecim dies alteruter oculus clauſus teneatur. De curatione contracturae a diuerſae indolis cacochymia profectae.

p. 60. In vitio arthritico vel rheumatico egregios effectus vidit Noſter a decocto dulcamarae, quod agyrta exhibebat, cuius remedii virtutes etiam aduerſus colicam nephriticam praedicat. Contracturam artuum inferiorum, quae iam per tres annos inceſ-

inceſſum impediuerat, Noſter decoctis ſudoriferis, quibus aliquot grana ſalis volatilis viperarum addiderat, balneisque tepidis, per ſeſquimenſem in vſum vocatis, ac denique ſtillicidiis aquae calidae per duas hebdomadas ſubiunctis, ſuſtulit.

Reprehendit quodammodo quendam, non p. 67.
tamen nominatum, quod effectus onaniſmi iuſto plus exaggerauerit: quamquam ipſe ſatis prolixe, nec inappoſite, noxas eiuſdem expoſuit, ſubiungens tamen, effectus illius nonniſi quum ad ſummum gradum peruenerint, immedicabiles eſſe.
De errore eorum, qui putant, in crampo ſitus p. 73.
muſculorum tendinumue mutationem (*deplacement*) obtingere.

Totam hanc tractationem de ſpaſmis conſideratio p. 76.
catalepſiae finit quam a tetano diſtinguit Noſter abſentia febris, faciliore reſpiratione et priuatione ſenſuum animique deliquio: inſigne momentum in explicanda huius morbi natura atque medela ponit in ſenſu interno, a ſe ſuperius ſtabilito.

De conuulſionibus expoſiturus, primo loco
generales pertractat, quorſum refert epilepſiam p. 88.
ſpuriam ſeu eclampſiam, eiuſque curationem cauſſis accommodatam. Vermifugum efficaciſſimum
praedicat infuſum aquoſum ſeminis ſantonici et p. 91.
mercurii dulcis nodulo incluſi, additis oleo amygdalarum dulcium, ſyrupo florum perſicorum et kerme minerali. Ad acidum primarum viarum
in infantibus maxime commendat magneſiam ad p. 94.
ſcrupulum vnum bis vel ter de die in ſyrupo florum perſicorum vel aqua tiliae exhibitam, adiunctis, vbi opus eſt, duodecim granis tartari vitriolati. Acidum iſtud corruptum, in ſecundas vias delatum, febres ardentes efficiens, antacidis non vincitur;

p. 95. vincitur, ſed moderamen febris, vires vitae aut nimirum exaltatas minuendo, aut languentes exci-tando, poſcit.

p. 96. Ad prouocandum fluxum menſtruum, praeter regimen exactum, vtitur electuario ex aethiopis martialis vncia vna, caſtorei drachma vnaque pul-veris rhabarbari vncia dimidia, ſalis abſinthii dra-chma vna, cum ſufficiente quantitate ſyrupi quinque radicum aperientium parato, cuius dra-chmam dimidiam mane et veſperi exhibet, et pti-ſanam ex aequalibus partibus earundem radicum
p. 99. ſuperbibi iubet. Rurſus de efficacia infuſi dulca-marae in calculo renum, loco potus ordinarii vſur-pati. De epilepſia vera, eiuſque cauſſis, inprimis
p. 102. proxima, nempe mutatione morboſa ſenſus inter-
p. 112. ni, admodum copioſe. Huius ſenſus interni ſe-dem probabiliter in baſi caluae, vbi concurrunt nerui, eſſe.

p. 119. Remedium antepilepticum, quo plures aegros ſanauerit, in eodem morbo aliis tentandum proponit, cuius formulam hic exſcribamus. Saſſaparillae libra vna, guaiaci libra dimidia, radicum chinae, bardanae, enulae, ſingularum vnciae quatuor, per ſex horas ex duodecim menſuris aquae coquantur in olla opercu-lo probe obturata, in qua ſimul nodulus ſuſpendatur, quatuor vncias antimonii contuſi, et drachmam vnam ſalis tartari continens: finita coctione addantur rhabarbari vncia vna, ſenae mundatae vnciae qua-tuor, chamaemeli romani vnciae duae, cumini vn-cia vna et olla iterum obtecta coctio per dimi-diam adhuc horam continuetur. Colatus liquor effundatur in peluim amplam, additis libris tribus ſacchari farinacei (*caſſonade*), ebulliat per dimidiam horam, ſolliciteque interea deſpumetur; frige-facto

facto addantur vnciae ſex ſpiritus vini, in quo antea drachma vna cantharidum infuſa fuerit: poſtea liquor iſte in lagenis probe obturatis ſeruetur in loco frigido. Doſis eſt quatuor vnciarum mane, et quatuor horis poſt prandium. Singulae doſi addi poteſt puluis de guttetta, vel valerianae, vel paeoniae, ad drachmam dimidiam, vel oleum animale DIPPELII ab octo ad decem guttas, vel, quod tamen viribus inferius eſt, oleum ſuccini. Adiungenda autem ſunt auxilia diaetetica et reliqua, ex ſignis generalioribus petenda, ex quibus praecipue cauteriis magna vis tribuenda eſt.

Vbi ſigna obſtructorum viſcerum abdomina-
lium aderant, inſigni cum fructu vſus eſt Noſter p. 122.
terra foliata tartari, ad drachmam dimidiam mane
et veſperi cum cyatho ſeri lactis et vncia vna ſyru-
pi quinque radicum aperientium exhibita. Si in ex-
tremitate quadam praenuncii inſtantis inſultus epi-
leptici apparent, primum remedium eſto fortis li- p. 123.
gatura huius membri, cuius ope paroxyſmum aut
plane praeuerti, aut ſaltem mitigari conſtitit.

Tandem de curatione epilepſiae, quae a ſola
debilitate ſyſtematis neruei proficiſcitur, et ſub
incremento corporis auctoque ſenſim eiuſdem ro-
bore diſſipatur. De conuulſionibus, quas daemo- p. 128.
ni adſcribere ſolet vulgus. De tremore, ad quem
etiam choream *S. Viti* referendum putat. Taran-
tiſmum valde in dubium vocat: ne tamen opus hoc p. 136.
imperfectum videretur, ea ex aliis auctoribus ad-
ducit, quae veritati maxime conuenientia iudicat.
De eo Indorum morbo, quem *Béribéri* dicunt, qui p. 141.
inceſſum eo modo impedit, vt ſolis femoribus mo-
tus ſuperſit, iuncto ſimul tremore artuum, totiuſ-
que plerumque corporis, cum doloris quodam ſen-
ſu; et de alio iſti adfini, quem ſcelotyrben vocat
Noſter,

Noſter, in quo aegroti loco inceſſus currere, ſed paucos paſſus emenſi iterum quieſcere coguntur, itidem praeſente tremore capitis et artuum, et raucedine vocis: qualem quidem aegrum tunc, cum hunc librum ſcriberet Noſter, Lugduni vixiſſe aſſerit.

p. 144. Sequitur conſideratio conuulſionum particularium, quorſum ſpectant conuulſio maxillae inferioris, parum diuerſa a ſpaſmo eiuſdem, ſuperius deſcripto; riſus ſardonius (vbi ſimul in tranſitu
p. 148. doctrina Cl. BORDEV de pulſus ſuperioris et inferioris diſcrimine ad diſtinguendam inter ſe phrenitidem et paraphrenitidem laudatur, et ex eadem argumentum deſumitur ad confirmandum centrum virium animalium in regione epigaſtrica); nyſtagmus ſeu motus conuulſiui bulbi oculi, palpebrarum, vel iridis, communi apud Gallos nomine *ſouris* dicti; carphologia; palpitatio cordis,
p. 161. cuius varia exempla ex diuerſis Auctoribus adduntur, a diuerſis omnino cauſſis pendentia; aſthma conuulſiuum, quod in virgine oriri vidit
p. 174. Noſter ab herpete in facie, topico remedio repreſſo, ſed veſicatorio loco prius affecto impoſito iterum ſuſtulit: in alia puella idem morbus a deprauato ventriculo oriebatur, ſed poſt bimeſtrem vſum electuarii ſtomachici ex extracto gentianae et rabarbari, aethiope martiali, cortice Peruuiano et ſyrupo abſynthii, praemiſſis euacuantibus, ceſſabat: in hyſtericis ſaepius tollitur euacuatione humoris glutinoſi per vaginam, quae ideo ſub paroxyſmo ipſo forte titillatione clitoridis prouocari poſſet; monet in hoc caſu Auctor noſter, ne nimiis ſanguinis miſſionibus neruos nimium debilitemus, adeoque paroxyſmis maiorem facilitatem redeundi praebeamus, ſed potius pediluuiis tepidis ſpaſti-

ſpaſticos neruorum motus compeſcere ſtudeamus, ſique haec non ſufficiant, ad anodyna confugiamus, iiſque moſchum, caſtoreum, camphoram ſociemus. Tamen interdum adeo vrgens eſt malum, vt venae ſectione careri non poſſit: tunc autem vel minima quantitas ſanguinis emiſſi ſufficit ad ſedandum inſultum.

Pergit deinde ad colicam neruoſam, ſub qua p. 180. vero tantum hyſtericam intelligit, et exemplum virginis adducit, quae ſemper inſtante fluxu menſtruo hoc morbo vehementiſſime adfligebatur, ſed cataplaſmate ex mica panis, lacte, ouis, cepis et croco, abdomini applicato, leuabatur; catamenia poſtmodum poſt vſum potionis anodynae, in quae tincturae caſtorei viginti, et laudani liquidi decem guttas capiebat, prouocabantur. De diſcrimine huius colicae a colica bilioſa, ex SYDENHAMO. De ſingultu, et ſingulari quadam eius ſpecie, in qua aegroti canum latratum aemulantur, quam Noſter in puella obſeruauit, quae vero, antequam p. 195. ab hoc morbo liberari poſſet, variolis occumbebat. Tandem de cardialgia.

Amplior eſt tractatus de affectibus vaporoſis. p. 201. Primo de cauſſis eorum, tum remotiorum, tum proximae, quam in nimia teneritate fibrarum ner- p. 239. vearum Auctor Noſter ponit, quae concurrunt ad compoſitionem viſcerum in regione epigaſtrica collocatorum; a qua pendeat debilitas virium centralium, motus irregulares ſibi impreſſos ad ſenſum internum propagantium, quae functionum animalium perturbatio non poſſit non influere in functiones vitales; inde totius machinae adeo inſignis mutatio. Perperam igitur p. 242. recentiores plane reiicere ſententiam veterum, hypo-

hypochondria ſedem morbi Noſtri conſtituere; quamquam remedia ab iiſdem propoſita nimis acria et irritantia putanda ſint.

p. 245. De varietatibus huius morbi: differt pro ratione originis, vt nunc ſit acutus, ſubito inuadens, neque vllum remedium poſtulans, nunc chronicus; pro ratione cauſſarum remotarum; tandem prout vel ſolus eſt, vel cum alio morbo complicatus. Potiſſimum autem ſeruanda eſt diſtinctio inter hypochondriacos et hyſtericos affectus, quorum illi a nimia debilitate ſyſtematis neruoſi viriumque centralium, hi in perſonis alioquin ſanis a peculiari vitio vteri oriuntur: quod diſcrimen quum neglectum peruerſae medendi methodo anſam praebeat, probe reſpiciendum eſt ad ſigna ea, quae vaporibus hyſtericis propria ſunt;
p. 254. haec eo redeunt, quod acceſſus morbi periodici ſint, et inſtante fluxu menſtruo conſtanter redeant; quod fluxus iſte aut penitus ſuppreſſus, aut difficilior atque inordinatus, peruerſum vteri ſtatum indicet, quod perpetuus effluxus humoris ſeroſi, lymphatici aut purulenti ex vtero itidem vitium eiuſdem prodat. Difficilius omnino negotium faceſſit morbus vterque coniunctus, aut alteruter ex altero natus: quem tamen priuſquam aggrediatur Auctor Noſter antea de curatione vaporum hyſtericorum ſimplicium exponit, quam
p. 258. pro varietate cauſſarum variarum eſſe oportere facile patet.

In ſuppreſſione menſium monet, ne diluentia negligamus, quibus neglectis emmenagoga primas vias nimis irritent, adeoque vires centrales debilitando vaporibus hypochondriacis ortum ſubminiſtrent. In fluore albo a ſola laxitate vaſorum inducto vtitur balneis frigidis, quibus tamen ſenſim

ſenſim ſenſimque corpus adſuefaciendum eſt, infuſionibus plantarum adſtringentium cum ſucco citri et ſyrupo ſymphyti permixtis, quarum mane et veſperi menſuram vnam, in quatuor doſes diſtributam, propinat, imo iiſdem vnciam dimidiam terrae catechu addit: bonos etiam effectus perſpexit a ſucco vrticae Graecae, mane et veſperi ad vnciam vnam ſumto. His remediis per aliquot hebdomadas continuatis, ſi morbus non tollitur, ſuadet tincturam ex rhabarbari vna, et myrrhae duabus drachmis, per octiduum in vaſe bene clauſo cum aquae RABELII ſeu acidi vitrioli dulcificati vnciis tribus digeſtis, cuius in infuſionibus prius memoratis mane et veſperi a duodecim ad triginta guttas ſumendas praecipit, quo remedio per duas hebdomadas tentato, ſi morbus non penitus ſublatus ſit, ſuperfluum iudicat aegram amplius fatigare. Sin autem fluor albus a cacochymia vel ab vlcere vteri pendet, aliis auxiliis opus eſt, de quibus tamen copioſius non agit, ſed ad alios Auctores, praecipue ad Cl. ASTRVC, Lectores ablegat, et in genere tantum monet, remedia actiua et ſtimulantia, ſi iis carere non poſſis, coniungi oportere cum ſedantibus et antiſpaſmodicis, ipſisque adeo narcoticis; balneis frigidis vel ſaltem frigidiuſculis, et potu frigido et attenuante neceſſario opus eſſe; caueri oportere a venae ſectione et purgantibus.

Ad exhibendam normam curationis vaporum hyſtericorum cum hypochondriacis complicatorum, enarrat ampliſſimam hiſtoriam curationis morbi eiuſmodi, quam ipſe in virgine quadam praeſtitit, quae ob ſpiſſitudinem humorum lymphaticorum primo per plures annos vaporibus p. 264.

 hypo-

hypochondriacis vexata fuerat, quibus demum accesserant molimina fluxus menstrui erupturi, veram passionem hystericam singulo mense recrudescentem excitantia; adeo, vt, quam plurimis medicamentis praepostere vsurpatis; symptomata vtriusque morbi complicati quam maxime ingrauescerent. Curationis initium faciebat balneis tepidis, et enematibus ex aqua simplici parum tepida, quibus per aliquot dies continuatis, aluus denique libera reddebatur; alimentum solum erat iusculum tenue ex farina oryzae tosta cum pauco cinnamomo et butyro recenti; potus decoctum tenue oryzae, frigidum in magna quantitate, praesertim ieiuno ventriculo, sumendum. Hac sub praeparatione recurrebat insultus hystericus, isque fortior, quam antea. Quam mutationem, quum dilutis magis humoribus maiorique vi versus vterum ruentibus adscriberet Noster, ad liberiores reddendas vias has suasit mane semicupia tepida, et ad confirmandum totius corporis robur vesperi balnea frigida: sic vires sensim restituebantur, et digestio melior reddebatur. Quum iterum insultus hystericus instaret, parum sanguinis ex brachio mittebat, abdomini emplastrum ex gummi ferulaceis et camphora imponebat, et per quatuor dies infusum croci et marrubii albi propinabat: colicam, stato tempore redeuntem, potione nonnihil narcotica compescebat, et tunc prima vice, licet parca quantitate, menstrua prorumpebant. Postea, continuatis remediis prioribus, addebat electuarium stomachicum superius descriptum, et sic denique sensim sensimque corpori integram sanitatem conciliabat.

De curatione vaporum hypochondriacorum. p. 277.
Primo repetuntur principia phyſiologico-pathologica ſuperius ſtabilita, et ex iiſdem quatuor indicationes in morbo noſtro exſequendae formantur: nempe robur ſolidorum reſtituendi; humoribus ſpiſſis fluiditatem debitam reddendi, potiſſimum in ſyſtemate venae portae; eorum acrimoniam demulcendi; denique eorum rarefactionem tollendi. Inter remedia his indicationibus reſpondentia primum locum tribuit Noſter exercitio corporis, quod in maiori gradu debilitatis ſiſtit vectio in curru, in quo corpori liberrimus aëris aditus pateat; ſi vires ſufficientes ſunt, equitatio, eo tamen modo, vt abdomen ſufficienter agitetur, praeſtat. Viribus creſcentibus, varia ludorum genera, quae corporis motum requirunt, non tamen nimis fatigantia, ipſaque adeo venatio, conducunt. Alterum remedium eſt balneum, initio quidem tepidum, quod tamen omittendum eſt, quamprimum apparet, relaxatis ſolidis, fluida iuſtum circulationis gradum recuperaſſe: tum autem balneis frigidis maius roborans vix eſſe poteſt. Idem diſcrimen in potu obſeruandum eſt. Si ſolida, praemiſſis iuſto ordine praeparantibus, tamen ſtimulantibus quibuſdam indigent, tunc vel electuario ſtomachico locus eſt, vel ſimili vino, cuius formulam exhibet Auctor, ex agarici, zedoariae, florum ſulphuris, ſingulorum drachmis duabus; aloes ſuccotrinae, rhabarbari, ſingulorum drachmis ſex; gentianae vncia dimidia, croci orientalis drachmis duabus, vini Malagenſis libris duabus, ſpiritus vini libra dimidia, et ſacchari libra vna, per octiduum calore ſolis vel cinerum digerendis. Haec omnia remedia diaeta iuuanda ſunt, pro diuerſitate temperamenti, gradus morbi p. 295.

cet. varianda. Generalia haec praecepta poſtmo-
p. 298. dum partialibus morbi cauſſis remotioribus applicat, vbi imprimis exemplum triſtis effectus ſubitae
p. 306. permutationis vitae negotioſae cum tranquillitate, orta inde melancholia, ex hac obſtructione viſcerum abdominalium, et poſt ſex menſes elapſos morte ab ictero vniuerſali, narratur.

De difficultate obſtructiones viſcerum infimi ventris confirmatas reſoluendi: contigit tamen
p. 319. Noſtro, in femina tumorem lienis, pugni magnitudinem iam adeptum, reſoluendi, ita, vt per integrum menſem quotidie libram (*pinte*) ſeri lactis, in qua duae drachmae terrae foliatae tartari ſolutae erant, per vices exhiberet, decocto radicis lapathi et eryngii pro potu ordinario vſurpato, tumorique ipſi bis de die, praemiſſa leni frictione cum linteo calido, fotu lixiuii cineris ſarmentorum applicato; tum aegra, euacuatis primis viis, balnea adhibuit, dein aquas martiales potauit, ac tandem pilulis ex aethiope martiali, ſapone albo, rhabarbaro et gummi ammoniaco per menſem ſumtis, poſt pruritum aliqualem in ſuperficie corporis tubercula minutiſſima prorumpere ſenſit, quae, paucis balneis adhibitis, vna cum toto morbo diſparuere.

Vltima duo capita de duobus morbis exponunt, qui cum hucuſque pertractatis analogiam quandam habent, nimirum de apoplexia et incubo. Diſtinctio apoplexiae in ſanguineam et ſeroſam
p. 324. Noſtro diſplicet, qui potius illam diſtinguit in eam, quae ab infarctu, et eam, quae a collapſu vaſorum encephali oritur: poſteriorem ſemper periculoſiorem iudicat, et agonem ad eamdem refert. Apoplexiam interdum haereditarium morbum

bum ſiſtere docet. Exemplum inſultus apople- p. 326.
ctici et ſubſequutae paralyſeos ab aſcite. Apople-
xiam habitualem a WILLISIO memoratam, cuius p. 328.
frequentiores acceſſus paralyſin nullam relin-
quant, potius epilepſiae annumerat. Cur infan-
tibus rarior apoplexia? forte a maiori in iiſdem
mobilitate ſyſtematis nerui, collapſum vaſorum
efficacius impediente. In curatione apoplexiae
a collapſu reſpicit ad excitandas vires centrales,
et praeſcribit potionem ex tartaro emetico, aqua p. 333.
theriacali, lilio PARACELSI, elixirio proprie-
tatis, vel GARI, et ſpiritu ſalis ammoniaci, non me-
tuens decompoſitionem tartari emetici per ad-
dita alcalia.

Superato vehementi morbi impetu vitaeque
periculo, ad corroborandum cerebrum ſuadet lo- p. 334.
tionem capitis cum ſpiritu vini camphorato, ſiue
etiam ſola aqua frigida, quotidie inſtituendam.
In apoplexia ab infarctu ſuadet, vt aeger machi- p. 337.
nae imponatur, quae rotae ad inſtar circa pro-
prium axem moueatur, ita, vt caput axi; pedes
peripheriae proxima ſint: ita, motu viuido inſti-
tuto, ſanguini motum centrifugum verſus extre-
mitates, communicatum iri, vaſa cerebri libera
redditurum.

VIII.

Proeve over de voorbehoeding der kinderpokjes, waarinn de middelen, die deeze ſchadelyke ziekte zouden kunnen voorkomen, door den Heere BOERHAAVE, en andere voornaame Mannen voorgeſteld, Schei- en geneeskundig worden opgehelderd, door veele waarneemingen beveſtigd, en ten algemeene nutte aangeweezen worden door IMAN IACOB VAN DEN BOSCH Med. Doct. Te Leyden by Sam. en Ioh. Luchtmans. 1770. 8. pagg. 242. praeter prooemium.

h. e.

Tentamen de variolis praecauendis. Auct. IMAN IACOB VAN DEN BOSCH.

Encomiis inſitionis variolarum ex eo celebratis, quod variolarum copia imminuatur, ſymptomata mitigentur et febris ſecundaria rariſſime
p. 12. conſpiciatur; cum iis tamen non conuenit Cl. Auctor, qui in inſitione verum ſpecificum antiuarioloſum ponerent, cum potius conſtet, contagium varioloſum per eam haud raro vlterius diſſeminatum fuiſſe. Ex qua cauſſa, cum variolas per inſitionem emendatas quidem, non vero ſublatas fuiſſe pateat, methodum, qua variolis et naturalibus et inſitis ita occurratur, vt contagium infringatur, curatio melius ſuccedat, et variolae ipſae tandem ſucceſſu temporis prorſus eradicentur, tradere
p. 19. Noſtro operae pretium videtur. Nec, cum in imminuendis variolis inſitis idem finis obſeruetur, quem in naturalibus habent, obſeruationum earum

earum inter ſe comparationem inutilem iudicat.
Quo melius vero hoc et clarius fiat, criſeos deno-
minatio, et quomodo natura ad eam diſpona-
tur, praemittenda videntur. Syſtemata variola-
rum, quaecunque demum ſint, ad duo haec mo-
menta reduci poſſunt: Solida vel fluida afficiantur
neceſſe eſt, quo motus inteſtinus oriatur in flui-
dis, et ex eius euolutione, ſolida ſtimulante, pro-
greſſiuus in ſolidis excitetur; Vel cauſſa immedia-
te in partes ſenſiles irritabilesque agat, vt eo citius
progreſſus in fluidis fiat. Vtrumque in eo con-
venit, vt haec irritatio naturam excitet, ad per-
egrinum hoc ſecernendum et deinde eliminandum,
quod *criſin* appellat. Iam vero conſtat, materiam
contagioſam ex ſuperficie corporis interna et externa
h. e. ex oſtiis vaſculorum minimorum in centrum,
cor nimirum, agere; illud vero nimis ſtimulatum in
totum corporis ambitum reagere, quod etiam ex
variolis commode explicari poteſt. Verum hac
in re naturam duplici modo officio ſuo ſatisfacere
conſtat: Aut enim morboſum inſenſibili modo eli-
minat, vel ita immutat, vt ſanis humoribus rurſus
admiſceri, et cum iis recte circumduci poſſit;
aut, hoc non ſuccedente, morboſum ſeparat,
mouet et excernit, quod ex coctione et criſi expli-
cat. Et, ſi ad ſingularem affinitatem externam
inter et internam corporis ſuperficiem attenda-
mus, theoria haec eo clarior erit, quo euiden-
tius ſit, arterias vel in venas reſorbentes, vel in
vaſa exhalantia, vel in organa demum ſecretoria
abire: qua in re totam methodum variolis me-
dendi poſitam affirmat, cum eadem, quam natu-
ra eligit, via, arte iuuando, incederent Aucto-
res. His itaque ſtabilitis, Auctoribusque, qui p. 33.
huic morbo obuenire, eiusque progreſſum co-

hibere curarent, recenſitis, in modum, quo id fiat, et quem in ſpecificis ſic dictis ponit, paulo fuſius inquirit.

Iam vero de iſtis ſpecificis, ex antimonio et mercurio ſub varia forma paratis, atque a Cell. BOERHAAVE, ROSENSTEIN, FRID. HOFFMANN- aliisque valde commendatis, copioſe expoſitis, an-
p. 75. timonium, ſi corpori applicari debeat, ita comparatum eſſe debere aſſerit, vt acrimonia ſua priuatum bene miſceatur, et ad ſummam penetrandi vim deducatur; mercurii vero praeparatis in tres claſſes reductis, ita concludit: aethiopem mine-
p. 104. ralem ex prima claſſe; mercurium ſexies ſublimatum ſ. calomel TVRQVETI ex altera; et ex tertia, mercurium diaphoreticum iouialem, ſua acredine iuſte orbatum et mercurium animalem ſolarem optima ad praecauendas et emendandas variolas iudicari remedia.

p. 126. Ex narratis vero Auctorum exemplis probat, omnia haec medicamenta in naturalibus aeque, ac inſitis variolis optimo cum ſucceſſu in hunc finem fuiſſe propinata. Vt itaque vſus eorum in cura prophylactica eo clarius pateat, notione ipſa pro-
p. 129. phylaxeos opus Noſtro videtur, Curatio prophylactica duas inuoluit indicationes: contagium euitetur; et, ne diſpergatur vlterius, caueatur. Primum difficile, nec, niſi loca infecta, vel aegri ipſi euitentur, praeſtatur; Alterum in eo conſiſtit, vt curatius in prophylaxin attendatur, ne contagium per corpora infecta, veſtimenta, vel per mercaturam in alia loca transferatur, quod de hoc morbo non incognitum eſt *). Contagii enim vlterior

*) Verhandelingen uitgeeven door de Hollandſche Maat-

vlterior diſtributio hac incuria egregie iuuatur, ita, vt etiam inſitae epidemice fiant *). Verum haec cura magiſtratum, vel homines ipſos tangit, quae maximam partem ex medicina forenſi, per ſegregationem aegrorum in noua, ad hunc finem exſtructa, noſodochia; per vſum medicamentorum, quae in peſte commendantur; et per cautam linteorum veſtimentorumque infectorum tractationem, explicatur. In curatione prophylactica porro ad duo reſpiciatur, ad diaetam nimirum, et applicationem medicamentorum. Illa ex iuſta obſeruatione ſex rerum non naturalium, quas hic vlterius perſtringit, declaratur; Prophylaxis vero medica duas in ſe continet indicationes: Vel contagium a corpore arceatur; vel corpori iam applicatum ſubigatur et mitigetur. Illa methodo prophylactica per antidota; haec curatoria per reſoluentia abſoluuntur; et in vtroque ad infringendum et ſubigendum contagium reſpicitur.

p. 144.

p. 162.

Iam vero ex omnibus variolarum obſeruationibus conſtat, omnem curam eo praecipue directam fuiſſe, vt communicatum contagium per iuſta antidota infringeretur, et aliis deinde medicamentis, virtute ſpecifica non praeditis, per colatoria conſueta ex corpore eliminaretur; vel, quo vtrique fini ſatis fieret, per inſitionem. Ne vero ex multiplici diuiſione obſcuritas quaedam enaſcatur, haec ad duo capita reducens primo loco de antidotis, et contagii expulſione agit; cui deinde artificialem

p. 170.

Mattſchappye der weetenſchappen te Haarlem. IX. Deel III. St. pag. 396. vid. Comm. noſtr. Vol. XVII. pag. 462.

*) vid. ibid. pag. 463

ficialem contagii applicationem adiungit. Quodſi vero primum difficultates hic oboriundas remouerit, ſententiam Cel. BOERHAAVII explicuerit, ſpecificorum terminos poſuerit, eorum fundamentum probauerit, vſumque tandem ſingularem demonſtrauerit, optime ſcopo, in capite primo ſibi praefixo, ſatis facturum ſe arbitratur. Primam difficultatem, *an contagium, antequam corpori applicetur, praecaueri poſſit?* ex exemplis memoratis affirmando remouet; alteram *de indole huius contagii incognita* per alias venenorum curationes infirmat.


p. 179. Cel. deinde BOERHAAVII veram ſententiam, in Aphoriſmorum §. 1392. propoſitam, ab obiectionibus Cl. MEAD purgat, vlteriuſque perluſtrat.
p. 189. Cum vero ſub ipſo vſu horum ſpecificorum variolas non raro prodiiſſe conſtet, definitionem *ſpecifici* praemittendam opus eſſe iudicat. Sic ſpecifica in genere dicuntur, *quae ſingulari ſua virtute immediate in cauſſam morbi agunt, peregrinum mouent et immutant, intactis tamen reliquis corporis partibus:* qualia aſſerit oleum ſcorpionis in morſu eiuſdem beſtiae, corticem Peruuianum in febribus intermittentibus, et opium in ſomno inducendo, ex virtute ſua anodyna. Quam vero definitionem ſic reſtringit: 1. ſcribi debere ſingularem virtutem medicam non in ſolo medicamento, ſed in ipſo et comparatione corporis ſimul poſitam eſſe, 2. virtutem ſuam non in omnibus, ſed in quibuſdam morbis prae aliis medicamentis exſerere, 3. ea non vbiuis, ſed ex diſpoſitione corporis ſatisfacere, 4. in iuſta copia, et iteratis vicibus propinata conducere, 5. indicationibus tandem medicis reſpondere debere. Quibus itaque cautionibus obſeruatis, definitionem hanc in ſpecifica

ſua

ſua antiuariolofa cadere extra dubitationem Noſtro videtur: quae poſtmodum applicat, et ex ipſa ſua experientia probat, ita, vt mercurialia, et ex antimonio praeparata, inter quae ſulphur antimonii auratum eminet, maximo cum fructu adhibita ſint. Accedunt his *Syrupus Alyandaci* ALSAHARAVII, *camphora*, *myrrha*, *aqua picis*, *iuniperus*, *flores aquilegiae*, *ſuccus betulae*, *cortex Peruuianus* cum *acidis mineralibus*, ab Auctoribus ſalutaria inventa, et egregie commendata. p. 210.

Medicamenta vero, quae ſine vi quadam ſpecifica in variolis adhibentur, vniuerſalem methodum antiphlogiſticam complectuntur. Ex his omnibus vſum ſingularem in cura prophylactica demonſtrat. p. 221.

Inter remedia, ad exſtirpationem variolarum inuenta, inſitioni Noſter non vltimum locum tribuit: cum non ſolum ex eo commendari mereatur, quod per eam aegri minus afficiantur, et multi, quamuis hoc non ab omnibus concedatur, ſaluti publicae ſeruentur; ſed quod inſitio ad ipſam prophylaxin non parum contribuiſſe videatur. p. 231.



IX.

Brief van den Hooggeelerden Heere MARTINVS WILH. SCHWENCKE, Hoogleeraar in de Kruid-kunde, Lands- en Stads Medicinae Doctor enz. enz. enz. Aan den zeer Geleerden Heere EDVARD SANDIFORT Stads Medicinae Doctor. Lid van de Roomsch-Keizerlyke, Schweedſche, Baſelſche, Edinburgſche, Vliſſingſche, en verſcheide andere Geleerde Societeiten. Behelſende eenige Aanmerkingen over het Getal en den Ouderdom der geſtorvenen aan de Kinderpokjes zederd eenige jaaren, over derzelver Inënting, en de behandeling der Natuurlyke Zietke. In's Gravenhage, By Pieter van Cleef, MDCCLXX. 8. pagg. 69.

i. e.

Epiſtola Cl. MARTINI GVILIELMI SCHWENKE, ad Cl. EDVARD SANDIFORT. Continens, nonnullas annotationes de numero et aetate morbo variolarum intra nonnullos annos mortuorum, de illarum inoculatione et methodo variolas naturales tractandi.

In hac epiſtola Cl. Auctor primo indicat numerum aetatemque hominum morbo variolarum per nonnullos annos Hagae Comitum defunctorum, et ex his colligit, in qua aetate inoculatio vtiliſſime inſtitui debeat; deinceps de ipſo inoculationis modo diſputat, annexiſque nonnullis ſuarum obſeruationum, tandem de methodo variolas naturales tractandi agit.

Numero

Numerus mortuorum mensis decembris 1769 omnes alios antecellit, in illo enim septuaginta et octo morbo naturali variolarum mortui sunt. p. 11.

Disquirit Cl. Auctor in quanam aetate plurimi, hoc morbo laborantes vitam egerint, inuenitque in plurimis ante decimum annum hoc euenisse, quod ex sequentibus demonstrat: Nempe ab anno 1755 vsque ad annum 1769 variolis mortui sunt 1455 et ex his fuere 1326, qui ante decimum annum animam ederunt, ergo non plures, quam 129, qui, decimo anno iam relicto, obierunt.

Porro disquirit in quonam anno illorum, qui decimum praecedunt, plurimi hoc morbo exemti fuerint, et secundum obseruationes affirmat septimum hoc esse; et, vt paucis multa complectamur, suadet Cl. Auctor si fieri potest, infantes tunc huic operationi subducere, quando annum secundum egerint, si autem necessitas vrget, licet et illos, qui modo nonnullos menses vixerunt, insitioni subiicere. p. 15.

Quoad corporis habitum illi, quibus inseri variolae debent, sani sint necesse est. Omni tempore, etsi morbus hic epidemice saeuiat, inoculationem suadet. Mercurialia non, nisi in infantibus, qui vermes alunt, praebet. Sin autem vermes non p. 20. adsunt, omnis praeparatio in eo posita est, vt a victu ex regno animali abstineant et illo ex vegetabili vtantur, quibus subnectit euacuans aluinum, quod consistit in infuso quodam ex foliis sennae cum manna et sale: bis de die alvum mouere sufficit. Motus corporis egregie conuenit, cauendum tamen est, ne corpus vel insudet, vel defatigetur. Nunquam praeparationis tempus sextum diem excedere debet. In tenellis in vno tantum brachio fiat inoculatio, in iis autem, qui infantilem

lem aetatem iam egerunt, in duobus. Clyſma interdum admittit.

p. 20. Materiam, quam potiſſimum laudat ad inoculationem, eſt illa tenuis, immatura. Aëre atmoſphaerico frui valde laudat. Variolis ſiccis redditis, cura finitur cum euacuante; ſenſimque victu conſueto frui licet. Attamen hae regulae pro differentia ſymptomatum mutari debent.

p. 24. Dubitationes etiam nonnullas diſcernit Cl. Auctor. Primo, num illi, qui varia vice et quidem bona cum materia inoculationem perpeſſi ſint, qui autem nunquam variolarum morbo inde affecti ſunt, non habeant, de quo in poſterum ob variolas timeant? Ad hanc quaeſtionem ſequentem in modum reſpondet; ſi vulnuſcula recto tempore inflammata fuerunt atque in iis ſuppuratio quodammodo apparuit, aegrique febrem ſenſerunt, de naturalibus variolis nihil metuendum eſſe putat; ſi autem ne minima quidem mutatio, nec in vulnuſculo, nec in ipſo aegro animaduerti potuit, de ſecuritate nonnihil dubitandum eſſe exiſtimat.

Secundo, num illi, quibus variolae inoculatae fuere et vere iuſteque prodiere, de morbo naturali variolarum ſecuri ſint? Hoc omni ex parte ad experientiam prouocans affirmat. Contendit etiam variolas artificiales eiuſdem eſſe indolis ac illae, quas natura profert.

Obſeruationes nunc communicat Cl. Auctor, primo de variolis artificialibus, deinceps de naturalibus.
p. 28. Inoculauit iuuenem viginti annorum, quem morbus quidam, herpes dictus, per nonnullos annos in duobus extremitatibus inferioribus vexauerat. Hic morbus, durante variolarum cura, ceſſit. Alii, viro nempe triginta annorum

inſeruit

inſeruit variolas, qui morbo quodam cutaneo in manibus laborauit, isque ita ab eodem ſimul curatus eſt. In virgine, quae intra inoculationis tempus, ve- p. 32.
hementem menſium fluxum ſecundum conſuetudinem habebat, nullus operationis progreſſus fuit, donec fluxus deſierat. Feminam inoculauit, quae cum prodibant variolae, vomitum perpeſſa eſt, qui vſui potus aquae frigidae ceſſit. In infante duo- p. 44.
rum menſium arte infecto mille et plures prodiere variolae.

De variolis naturalibus nunc verba facit Cl. Auctor. Venae ſectione, ſi illa neceſſaria viſa eſt, p. 50.
facta, veſicatorium e cantharidibus ſuris applicat. Corticem Peruuianum cum acidis mineralibus coniunctum valde laudat. Opiata nunquam admittit. Camphoram nonnunquam cum cortice praeſcribit. Aluum ſemper apertam curat. Aëre refrigerante frui perquam commendat. Potum commendat frigidum. Induſium ſaepius deſiccatum induere conuenit. Variolae maturae aperiantur neceſſe eſt.

Nonnullos commemorat de his etiam natura- p. 69.
libus variolis caſus, quibus ſummam vtilitatem corticis Peruuiani cum ſpiritibus acidis, itemque euacuationis quotidianae vſum, et commoda, quae ex perceptione aëris et aquae frigidae eueniant, per experientiam ſuam probat. Semper Cl. Auctor obſeruauit, quod per vſum aquae frigidae perſpiratio auctior euaſit et corrupta materia magis elicita ſit; maioris ergo ait hoc in morbo eſſe virtutis, quam optima cardiaca. Magno erat commodo inquit Cl. Auctor, iuueni cuidam, qui die decimo tertio magnam anxietatem ſenſerat et nocte lectulo incumbens ſe ſuffocari putabat, quod, me ſuadente per patrem ſuum e lecto ad fene-

ſtram

ſtram apertam duceretur et poculum aquae frigidae aſſumebat. Mox reficiebatur, morbus curſum conſuetum tenebat, et ipſe conualuit." Annexa eſt epiſtolae breuis appendix narrationem mortis infantis cuiuſdam continens.

X.

DANIEL. CHRISTIAN BVRDACH diſſ. inaug. de laeſione partium fetus nutritioni inſeruientium abortus cauſſa. Lipſiae 1768. 4. pl. 4. tab. aen. 2.

Mortis fetus in vtero et abortus ſubſequentis cauſſam multo frequentius, ac vulgo putatur, poſitam eſſe in laeſione ac vitio mechanico earum partium, quae fetum continent ac nutriunt, Cl. Auctor hac diſſertatione ita probat, vt praecipuas harum laeſionum ex variis Auctoribus colligat, ſuaſque hac de re obſeruationes addat.

p. 9. Ouum infoecundum quoque ex ouario coitus tempore ſolui, ad vterum deſcendere et in eo per tempus nutriri et abortu deinde eiici poſſe, probat obſeruatione Cl. WALTERI Profeſſoris Berolinenſis. A muliere enim quinto grauiditatis menſe abortu excernebatur ouum ſatis magnum, in quo nullum fetum aut funiculi vmbilicalis veſtigium deprehendere potuit. Villi vero, quibus chorion vtero adhaereret, expanſi erant in hydatides, ita vt totum ouum magnam hydatidem, cui vndique plures minores appenſae ſint, referat. Cauſſae vero, nutritionem fetus laedentes, vel in matre poſitae ſunt, inter quas vero vteri calorem nimium, quem Cl. PEU vt abortus cauſſam accuſauit, minime referendum eſſe recte Cl. Auctor iudicat; vel in membranis, liquore amnii, placenta, funiculo vmbilicali cet.

vel

vel tandem in ipſo corpore fetus. Fetus tubarios quartum menſem non ſuperare HALLERVS Ill. quidem docuit *). Fetum tamen perfectum ex grauida, veris ad partum doloribus correpta, iuſto grauiditatis tempore praeterlapſo, ſectionis caeſareae ope ante decem circiter annos a BREVERO Chirurgo dexterrimo exemtum fuiſſe Cl. Auctor refert. p. 17.

Membranarum oui craſſitiem poſt mortem embryonis tenelli multum augeri molamque ita oriri plures Auctorum obſeruationes teſtantur. Indoles liquoris amnii morboſa, fetus ſanitatem raro afficit. Obſeruationes enim exſtant, fetum viuum in lucem prodiiſſe, licet tanta huius liquoris acrimonia fuerit, vt obſtetricis digiti exinde exaſperarentur. p. 18. p. 20.

Inter frequentiſſimas abortus primis grauiditatis menſibus cauſſas funiculi vmbilicalis morbus et inprimis craſſities eius aucta referri meretur. Turget vero vel totus funiculus, quod vitium adeo frequens eſt, vt nonnulli recentiorum eam turgeſcentiam naturalem eſſe in embryonibus aſſumant, vel hydatis ei appenſa eſt. Concreſcere quoque poteſt cum quodam fetus membro, quod Cl. Auctor probat exemplo fetus trium menſium abortu reiecti, in quo funiculus cum dextro brachio coaluit. In figuris adiectis hic embryo et ouum hydaticum ſuperius deſcriptum delineantur. p. 24.

*) Elem. Phyſ. T. VIII. p. 50.

XI.

IOHANN FRIEDRICH CARL GRIMMS, *der Medecin Doctors, Herzogl. Sachsen-Gothaischen Rath und Leibarztes, Mitglieds der R. K. Academie der Naturforscher, Abhandlung von den Mineralwassern zu Ronneburg, und der Art diese und andere eisenhaltige Brunnen wieder langwierige Krankheiten zu gebrauchen. Altenburg, im Richterischen Verlage.* 1770. 8. *Seiten* 236. *außer den Vorbericht.*

i. e.

Tractatus de fontibus medicatis Ronneburgensibus et de ratione hunc et alios martiales fontes contra chronicos morbos adhibendi. Auctore IOANNE FRIDERICO CAROLO GRIMM M. D.

Praeposito prooemio, quod in hoc libro contenta spectat, sectione prima descriptionem regionis Ronneburgensis et in primis vallis, vbi aquae
p. 8. minerales scatent, Cl. Auctor tradit, hic simul indolis, terrae, aeris et lapidum, hac in regione habitantium, mentionem facit.

p. 22. In sectione secunda de aquis mineralibus ipsis, eorum ortu, particulis constitutiuis aliisque proprietatibus agit. Interdum quamquam rarius ibi, vbi aqua profluit, a fundo assurgentes vesiculae aereae, cum sonitu quodam disrumpentes, animaduertuntur. Aqua maxime pellucida est et hanc claritatem sub omni tempestatum varietate retinet. Idem hoc de colore et quoque de copia valet, quae vel in summo coeli aestu non imminuitur. Circa fontem odor sulphureus interdum animadvertitur. Odo-

Odorem quidem haec aqua habet nullum, tamen naribus appropinquata, ſenſum ſingularem prodit. Sapor eius eſt refrigerans, ad ſimilitudinem atramenti diluti accedens. Mox ex fonte ſi haurias, vertiginem ſenties. Cum ſapone mixta, ſpumam non oſtendit, niſi calefacta. Neque gelationem admittit. Sedimentum ferri oſtendit. Latera canalium aquam deducentium terra ex fuſco flaua inducuntur. Haec praecipue valent de fonte primario, in altero, qui (*Eulenhöfer Quelle*) dicitur, nonnulla phaenomena diſcrepant, et ſic quoque in tertio, attamen non eſſentialiter differunt. p. 26.

Hac in ſectione Cl. Auctor etiam hiſtoriam fontis tradit, quo facto ad enarranda experimenta progreditur. Tinctura gallarum aquae colorem purpureum induerat, et ſimul poſt aliquot horas fuſcas nonnullas particulas praecipitauerat. Hic fuſcus color ſpiritu vitrioli addito iterum euaſit, quod et tinctura coccionellae et tinctura ex ligno Campechenſi inſtillata, ſimili fere modo accidit. Solutio argenti cum aqua forti facta, aquae noſtrae minerali colorem primo lacteſcentem, deinde plumbeum dedit, atque nonnihil pulueris nigri praecipitauit. Spiritus ſalis ammoniaci aquae colorem lacteſcentem, breui iterum euaneſcentem induit, praecipitauit autem pulueris nonnihil ex albo flaui. Oleum tartari inſtar ſtriarum pinguium in fundum abiit, et puluerem album cum flauo mixtum praecipitauit, ſyrupus violarum aquae colorem in viridem mutauit, ſolutio ſacchari ſaturni puluerem album, vitriolum martis, flauum flocculatum praecipitauit. Olei vitrioli inſtillatae guttulae non quidem efferueſcentiam oſtenderunt, attamen in fundum ſtriarum pinguium inſtar abeuntes, multae veſiculae aëreae aſcendebant, quae in p. 35. p. 49.

 ſuper-

ſuperficie diſrumpebant, et naribus admotis ſternutationem inuitabant.

Ex his et nonnullis aliis experimentis demonſtrat Cl. Auctor, aquae Ronneburgenſi vitriolum, ex ſubtili terra martiali et ſubtiliſſimo acido ſulphureo compoſitum, et alcali quoddam mi-
p. 65. nerale, ineſſe. Euaporauit quoque aquam et ex octo libris eius triginta obtinuit grana flaui pulueris. Etiam ſal commune et pinguedo petroleo, nec non ſal, mirabili GLAVBERI ſimilis, ſelenitesque aquae immixta ſunt. Praeterea particulis conſtitutiuis aquae aërem elaſticum copioſiorem annumerat.

p. 85. In ſectione tertia vim effectumque harum et ſimilium aquarum martialium Cl. Auctor demonſtrat. Laudat illas in malo hypochondriaco et hyſterico omnibusque inde oriundis ſymptomatibus, in morbis ſcorbuticis et omnibus cachecticis. Hemiplegiam ſanauit, inque multis morbis ſyſtematis neruoſi remedium non ſpernendum praebuit. Non aeque vtile erit in morbis pectoris, quamquam interdum neque hic prorſus reiiciendum. Laxitatem humorumque viſciditatem egregie corrigunt.

p. 102. In quarta ſectione Cl. Auctor methodum his ſimilibusque aquis vtendi proponit. Alui purgatio curam incipiendam plerumque antecedens, non ſemper neceſſaria, continuata tamen cura, aluus ſemper aperta ſeruanda eſt. Non raro noxia erit venae ſectio, ſcarificatio et ſimiles euacuationes. Neque ſtomachica et viſceralia remedia neceſſaria ſunt. In genere raro alia medicamenta requiruntur, dum fontibus vtitur. Morem, cum ortu ſolis fontem accedendi, Cl. Auctor non laudat, quoniam corpus tunc temporis nondum ſufficiente ſomno recreatum

tum ſit, ſufficit hora ſexta vel ſeptima matutino tempore aqua vti. Cum lacte aquam bibere non p. 108. conuenit, particulae enim operantes inuoluuntur et ventriculus, qui tamen ieiunus eſſe debet, ad concoctionem cogitur. Neque aqua potui deſtinata calefacienda eſt. Balnea quidem egregium, pediluuia vero nullum praebent effectum. Terra flaua martialis, quae ab aqua ſcaturiente ſeponitur in vlceribus inueteratis cum fructu vſurpatur.

In ſectione quinta de diaeta harum et ſimilium p. 123. aquarum vſui iungenda Cl. Auctor verba fecit: Primo de aëre. Secundo de conuenientiſſimo cibo ac potu. Omnia horaea, nec non cucumeres, melones et angurias, oleraque cum oleo et aceto condita ſuadet. In brandio lac conuenit. Tertio de motu loquitur. Sudor per motum minime eliciatur. Quarto de ſomno, hic largus ſit, et quoad fieri poteſt ante mediam noctem capiatur. Quinto de excretionibus. Sudor poſt mediam noctem prorumpens non eſt turbandus. Sexto de animi pathematibus.

In ſectione ſexta hiſtorias nonnullas morborum, p. 134. obſeruatis adiunctis, Cl. Auctor tradit. Morbi, ſanati ſunt, arthritis, colica, epilepſia, diarrhoea, teneſmus, melancholia, hypochondriacum malum, iſchias, inflammatio oculorum cum incipiente cataracta, ſpina ventoſa, aſthma, lepra, delirium, et alii plures.

XII.

De thermis Ribarienſibus in Hungaria. Liber ſingularis. Auctore DAVID WIPACHERO, Phil. et Med. Doctor. Lipſ. cet. Lipſiae ex officina Langenhemia 1768. pagg. 95.

p. 17. Ab. Auctore de balneis generatim propoſitis nonnullis, ſectione prima de natura ſoli, in quo thermae ſcaturiunt, exponitur, cuius fertilitate
p. 24. laudata, refert, quod auri, argenti, aeris cyprii, ferri, argenti viui, ſulphuris, cinnabaris, vitrioli, auripigmenti mineris, lapide lunari, chryſocolla, pyriteque copioſiſſime abundet, nec non egregia terra ſigillata.

p. 28. Sectione ſecunda de natura et qualitate thermarum Cl. Auctor agit. Sapor ſubadſtringens atque ſubdulcis nauſeoſus eſt, qualis praecipue ſolutionis dilutioris aquoſae, vitrioli ferri eſſe depre-
p. 34. henditur. Calor thermarum cum atmoſphaera comparatus, ſecundum thermometrum Reaumurianum erat, vt 23 ad 6½, ſecundum Fahrenheitia-
p. 39. num, vt 84 ad 17. Experimenta centum quadraginta et quinque Cl. Auctor ad naturam et mixtionem aquarum declarandam inſtituit. Primo cum aquoſis et acidis, nec non ſolutionibus mineralibus, porro cum alcalicis, cum ſalibus neutris, cum vegetabilibus ſolidis, rhabarbaro etc. cumque aliis
p. 59. ſolidis corporibus, dein cum reſiduis per illa experimenta tam phyſica, quam chemica obtentis. Etiam ad partes eſſentiales volatiles probandas nonnulla narrat ſuſcepta, alia quoque cum exhalationibus inſtituta, aliaque per congelationem, quam difficillime hae ſubeunt aquae, facta.

Ex

Ex omnibus obſeruationibus experimentisque p. 69. inſtitutis, colligit Cl. Auctor, has aquas 1) alius atque diuerſae eſſe texturae prae ſimplicibus omnibus; 2) ſecum vehere terram ochream, elementa ferri, phlogiſto nondum connexa, continentem; 3) terram calcaream, alcalicam plurimam, ſubtiliſſimam et leuiſſimam, inuiſibilem ante et in vndis fluitantem; 4) continere elementa ſulphuris, non quidem communis et crudi, ſed ſubtiliſſimi atque tenerrimi tanquam matricem phlogiſti; 5) ſal ſeleniticum a ſeleniticis moleculis nunquam penitus extricabile, neutrum quidem paulo tamen magis alcalinum; 6) vitriolum ferri aeque ac, 7) mineram eiuſdem; 8) ſpiritum acidum phlogiſticum, ſumme elaſticum et volatilem, qui, cum dictis elementis ſub n. 4. intime vnitus, ſulphur conſtituit eſſentiale, non formale et in corpus palpabile condenſatum, quoniam vnguinoſo inflammabili multo hae aquae careant atque in ſtatu neutro ſint. Haec omnia per laudata ad quemlibet numerum experimenta demonſtrat. Proportio illa- p. 73. rum partium in libra vna aquarum refrigeratarum circiter ſic ſe habet, vt ochreae terrae gr. ij. calcareae gr. IV. vnguinoſi ſmegmatis, gr. j. ſalis ſelenitici, gr. ij. vitrioli gr. j. minerae martis gr. $\frac{1}{4}$ inſit. Pro cauſa caloris harum thermarum cum Cl. BER- p. 76. GERO pyritem aſſumit.

Parte altera Cl. Auctor de vſu medico p. 83. harum thermarum agit. Largius et apud fontes tepidae adhuc pottae, excretiones omnes iuuant, motum fibris elaſticum, tonumque reddunt. Cauſa, cur vomitum interdum excitaſſe dicantur, non in aquis, ſed in cruditatibus et in copia ingeſta nimia poſita eſt. Vltra octo ſextarios potandum non eſt. Eximiam ferunt iis opem, qui infarctu vel obſtru-

ctione glandularum laborant, porro atrophicis, si adhuc sunt orthostadici, scrophulosis, fluore albo vexatis, cacochymicis, rheumaticis, scorbuticis, illis inprimis, qui scorbuto oris affecti sunt vlceribusque tunicae eiusdem glandulosae, ore saepius hac aqua
p. 89. eluto egregiam ferunt opem. In sterilitate muliebri a laxitate, viscidítate vel humoris genitalis inertia, vti et in ictero, nec non in lienis obstructionibus praestantissimum afferunt remedium. Porro nephriticis et calculosis, vti et iis, quibus menstrua vel immoderatius fluunt, vel suppressa sunt; iis quoque, qui gonorrhoea benigna aut crebrioribus pollutionibus nocturnis affecti sunt, nec non his, qui paralyticis debilitatibus, vel asthmate, catarrho, tussi humida, ophthalmia serósa laborant, egregie conducit. Tandem hypochondriacis et melancholicis medetur.

p. 92. Vltimo de vsu earum externo b. Auctor exponens, inquit, quod temperamentis calidioribus ille caloris gradus naturalis ad lauandum sufficiat; frigidioribus vero et paralyticis rheumatismoque etc. afflictis, arte calidiora reddenda esse lauacra. Laudat aquas has externe, in variis affectibus exanthematicis, vlceribus venereis, morbis arthriticis et pernionibus.

XIII.

Beschouwing der Wonderen Gods in de minstgeachte Schepzelen, of Nederlandsche Insecten, in hunne aanmerkelyke Huishouding, wonderbaare Gedaante wisselingen andere wetenswaardige Byzonderheeden, volgens eigen Ondervinding beschreeven, naar 't Leven naauwkeurig geteekend in 't koper

koper gebragt en gecoloreerd door CHRISTIAN SEPP. Eerste Deels eerste Stuk. Te Amsterdam. Gedrukt voor den Auteur. 1762. pagg. 40. tab. aen. VII. Tweede Stuk. ib. eod. pagg. 12. tabb. II. Derde Stuk. ib. eod. pagg. 26. tabb. V. Vierde Stuk. ib. eod. pagg. 44. tabb. IX. Vyfde Stuk. ib. eod. pagg. 8. tab. I. Zesde Stuk. ib. 1772. pagg. 12. tabb. VI.

i. e.

Contemplatio miraculorum diuinorum in insectis Belgicis, ex obseruationibus ipsis desumta, tabulisque aeneis, viuis coloribus pictis ornata, Auctore CHRISTIANO SEPP. Fasciculus I - VI.

Cl. Auctor plurimas sane laudes meretur propter summam, quas delineauit, iconum elegantiam, in qua tum omnem artis splendorem, tum etiam accuratam naturae expressionem animaduertimus. Edidit vero hoc opus per partes, ita, vt singulae plagulae seorsim venderentur, in quibus eodem fere, quo Cl. ROESELIVS fecerat, modo, tractatio de insecto, quod in tabula addita depingitur, continetur. In describendis naturae phaenomenis saepius ad laudem diuinam celebrandam et demonstrandam se accingit; partes et metamorphoses insectorum, quasdam etiam eorum actiones neruose, neque adeo diffuse, quam Cl. ROESELIVS, indicat. In icone autem ouum, idque semper etiam microscopio auctum, laruas earumque ab ouo ad pupam vsque mutationes plantamque, qua vescuntur, pupam ipsam cum insecto declarato nitidissime, vt diximus, depinxit, et accuratissime coloribus viuis

illuſtrauit. In obſeruationibus quidem, quod nondum ſatis cognitum videatur, nihil reperimus, quod tamen tum, cum ſcriberet Cl. Auctor, nondum erat; ſunt tamen et hae obſeruationes lectu digniſſimae. Nihil ſupereſt, niſi, vt breuiter nominibus Linnaeanis indicemus, quaenam inſecta hic deſcripta et depicta ſint.

Faſciculo I. continentur Papiliones, quos dicit primi ordinis, ſ. *nymphales* LINN. nempe

Papilio Atalanta tab. I.
Vrticae — II.
Tithonus ſeu Piloſellae FABRIC. tab. III.
Hyperanthus tab. IV.
Iurtina — V.
Aegeria — VI.
Io — VII.

Faſc. II. Papiliones II. ord. ſ. *Danai* LINN.

Papilio rapae tab. I.
braſſicae — II.

Faſc. III. Sphinges.

Sphinx populi tab. I.
ocellata — II.
liguſtri — III. IV.
pinaſtri — V.

Faſc. IV. Phalaenae, bombyces et noctuae.

Phalaena camelina tab. I. 1 - 13. Cl. Auctor pinxit minus bene antennas ſetaceas.
curtula — f. 13 - 18.
Caia tab. II. ſed color ruber non ſatis eſt expreſſus.

Phalaena

Phalaena noctua ex paganis noua tab. III.
palpina tab. IV.
Ph. noctua vinula tab. V.
furcula — VI.
nupta*) — VII.
potatoria — VIII.
aprilina — IX.

Fasc. V. Phalaena chrysitis tab. I. f. 7 - 12.
gamma — f. 1 - 6.

Fasc. VI. Phalaenae geometrae
sambucaria tab. I.
lunaria FABRIC. — II.
larua habitat in betula alno.

tab. III. noua videtur, seticornis, alis rotundatis albis, basi anteriorum fasciis duabus flauis in media parte maculis fuscis coeruleo punctatis, et cinereis in reliqua parte alarum. In vlmo campestri.

tab. IV. piniaria, mas et femina, quae diuersi sunt coloris.

tab. V. noua, alis rotundatis seticornis, alis superioribus fuscis duplici fascia pallidiore, inferioribus pallido cinereis, tribus fasciis magis albicantibus dentatis. Etiam apud nos reperitur, habitat in Acere.

tab. VI. crataegata. LINN.

*) Cl. FABRICIVS, quidem hanc putat esse *pactam*, LINN. at abdomen supra non rubrum.

XIV.

XIV.

Memoires pour ſervir à l' hiſtoire des inſectes. Par CHARLES DE GEER. Tome troiſieme. A Stockholm, de l' imprimerie de Pierre Heſſelberg 1773. 3 alph. 18 plagg. in 4. tab. aen. 44.

i. e.

Commentarii ad hiſtoriam inſectorum illuſtrandam ſpectantes cet. *). Auctore CAROLO DE GEER, Tom. III.

Perſequitur Ill. Auctor hiſtoriam inſectorum eo laudabili, quo primis tomis fecerat, modo, vt obſeruationibus diligenter inſtitutis, quae naturam inſectorum illuſtrent, ditiſſima ſit. Atque tertio quidem tomo ea inſecta contemplatur, quae ad *hemiptera* LINNAEI pertinent, ſubiungitque quaedam additamenta ad tomum ſecundum. Commentariis praemiſſus eſt index generum cum characteribus genericis.

p. 1. Commentario primo illius inſectorum generis, quod *Thrips* a LINNAEO dicitur, hiſtoria traditur. Prius autem oſtendit, qua ratione genera huius ordinis characteribus ſpecierum quarundam naturali lege ſecum connectantur. *Aphides* enim cum *hymenopteris* LIN. multum conuenire et in eo ſolum differre, quod, loco maxillarum, proboſcide incurua inſtruantur. *Chermidum* ſimilitudinem cum aphidibus maximam eſſe; ſed ſitu proboſcidis, quae ex pectore oritur, pedibus ſaltatoriis et tarſi articulis duobus, quem vnum tantum aphides habent, diſtingui. *Cicadae* chermidibus ſunt valde affines, ſed antennis breuiſſimis et proboſcide ex capite naſcente, articulisque tarſi tribus differunt. Quaſdam cicadas

*) Comm. noſtr. Vol. XIX. p. 671.

cicadas esse *cimicibus* vicinas, alae enim coriaceae vtrisque sunt communes. *Coccum* valde esse similem chermidi, differre tamen, quod mares duabus tantum alis instruantur et feminae plane iis careant. Praeterea omnia insecta huius ordinis ratione metamorphoseos in eo conueniunt, quod pupae eorum sint semicompletae, i. e. ambulent, et nutriantur, alis tamen careant.

Insecti, quod *Thrips* vocatur, Ill. Auctor primus 1744. in Actis Holmiensibus, nomine *physapi*, mentionem fecit. Ad characterem genericum, quem LINNAEVS dedit, has notas addit Ill. Auctor. Alarum margo longis pilis est ciliatus. Antennae sunt filiformes. Os rostriforme, palpis breuibus instructum. In pedibus vesicae paruae. Praeterea thorax iis est duplex. Huius generis has species accurate describit et depingit, quas Linnaeanis nominibus hic tradimus. p. 5.

Tab. I. fig. 1. *Thrips physapus*, alis albis, antennis sexnodiis. Vesiculis tarsorum corporibus aliis adhaeret firmiter, forte glutine aliquo hic secreto. Os difficile propter minutiem conspicitur: at Cl. Auctor id bene obseruauit; est conicum, et quatuor palpis circumdatum. Negat Noster, quod LINNAEVS affirmauit, *Loti corniculati* tumidos flores ab hoc insecto produci: semper enim *laruas tipulae subrubrae* illic inuenit.

Tab. I. f. 5. *Thrips iuniperina*, griseo-fusca, oculis nigris, alis albescentibus. Intra folia monstrosorum florum iuniperi habitat, quos tamen tipula quaedam producit. p. 10.

Tab. I. f. 10. *Thrips corticis*, nigra, alis hyalinis niueis, barbis longissimis, antennis octonodiis. Hanc LINNAEVS non habet. Nomen autem

GEOF-

GEOFFROY, quod ad priorem ſpeciem in ſyſtemate reduxit, huc pertinet. Habitat intra corticem *Betulae alni* annoſae. Singulare eſt, quod nymphae huius ſpeciei, antennis plane careant: et quod aliae vaginis alarum praeditae ſint, aliae iis deſtituantur: priores in inſecta alata, poſteriores in aptera mutabantur: quae num ſexu differant, Cl. Auctor obſeruare non poterat.

Thrips faſciata, atra, alis faſciis tranſuerſis albis antennis annulo albo. Haec depicta non eſt.

Miramur ſane Cl. FABRICIVM in nouo ſuo inſectorum ſyſtemate has Cl. DE GEER obſeruationes plane neglexiſſe, cum tamen ad illuſtrandum hoc genus multum valeant.

p. 19. Commentarius ſecundus tractat de *aphidibus;* quas cum LEEUWENHOEK, BONNET aliique iam diligenter deſcripſerunt et earum naturam expoſuerunt; Noſter obſeruationibus ſuis aliorum Auctorum dicta vel illuſtrat, vel confirmat: Sic
p. 24. duo genera *aphidum* ratione oeconomiae et propagationis obſeruauit. Nam aliae in ramis et foliis arborum plantarumque degunt, ibique per omnem aeſtatem vſque ad hiemis initium alias generant aphides, et alatas, et non alatas, quae eodem modo ambae alias producunt ſoboles, donec tandem autumni tempore, mares generentur, quae cum feminis apteris coëant, ſicque hae oua ponant. Tales ſunt *aphides pini, roſae, pruni, millefolii*, et aliae plures. Alterum aphidum genus punctura in foliis veſicas variae formae efficit, ibique habitat, vel plicas foliorum efficit, quibus a pluuia et ſolis ardore defendatur. Vna nempe aphis *aptera* ſeparatim illic habitat, atque alias *alatas* gignit, quae in ſocietate ibi degunt, donec alae earum

rum perfectae ſint: quo tempore habitaculum deſerunt et viuas aphides aliis in arboris locis gignunt: Huius generis ſunt *aphides vlmi, populi tremulae* etc. *Formicae* nutriuntur non ipſis aphidibus, ſed ſucco dulci, quem ex corniculis et ano excernunt. Hoſtes autem aphidum ſunt laruae *dipterorum, coccinellae, hemerobii* et *ichneumones*, vti quoque *acari* ſpecies. Iam ſpecies recenſet, quas eo dignius hic commemoratu eſſe duximus, cum LINNAEVS in iis nimis breuis fuerit.

1. *Aphis nuda pini*, fuſca tuberculata, pedibus nudis. Eſt *aphis pini ſylueſtris* LINN. Tab. VI. f. 1-18. Habitat in ramis et turionibus pini. In hac ſpecie Ill. Auctor confirmat diligenti obſeruatione eandem ſpeciem vere et aeſtate eſſe viuiparam, quae tempore autumni vel frigidiore tempeſtate ſit ouipara: atque ea, quae viuos pariant fetus, gignere eos abſque coitu, mares autem tantum circa autumnum naſci et cum ouiparis feminis coire. Nondum autem certe eſt demonſtratum, an idem ſubiectum ſit aeſtate viuiparum, quod autumno oua parit; num vero viuiparae aphides moriantur et ouiparas producant: etſi Noſter propenſus eſt ad poſteriorem ſententiam. p. 27.
2. *Aphis tomentoſa pini*, nigra albo farinoſa, tuberculata, pedibus villoſo tomentoſis. Tab. VI. f. 18-22. Hanc LINNAEVS non habet. Habitat in *foliis pini*. Statura *pediculo* ſimilis. p. 39.
3. *Aphis betulae nigro punctata*, non corniculata, viridis, dorſo tuberculis nigris. Tab. III. f. 27. 28. Eſt *aphis betulae albae* LINN. Oua ſemper in angulum ponit, qui eſt inter gemmam et truncum. p. 45.
4. *Aphis alni*, flaueſcente alba, tuberculata. Tab. III. f. 15 p. 47.

III. f. 15-17. Deeſt in LINNAEI ſyſt. Huius ſpeciei oua ſunt puluere albo obducta.

p. 49. 5. *Aphis pruni*, dilute viridis, albo farinoſa, corniculis breuioribus. Tab. II. f. 1-13. vid. FABRIC. ſyſt. Entomol. p. 735. n. 11. REAUM. *mém.* III. t. 23. f. 9. 10. Habitat in *pruno domeſtica* et *Armeniaca.* Ipſum coitum in hac ſpecie obſeruauit et depinxit tab. II. f. 8.

p. 53. 6. *Aphis pomi*, flauo viridis, corniculis longioribus, pedibus antennisque nigreſcentibus. tab. III. f. 18-21. Oua ponit in omnem ramorum ſuperficiem.

p. 56. 7. *Aphis iuniperi*, obſcure fuſca cinereo-maculata, corniculis breuioribus, groſſis. tab. IV. f. 7-9. Huius mares ſunt apteri: penis eorum eſt cylindricus, baſi inferius conica appendice inſtructus.

p. 58. 8. *Aphis viciae craccae* LINN. nigro coeruleſcens, albo farinoſa, corniculis breuioribus. Septembri oua pariunt. tab. II. f. 14-18.

p. 60. 9. *Aphis millefolii*, viridis nigro maculata, pedibus antennisque nigris corniculis longioribus. tab. IV. f. 1. 2. Etiam in hoc ſaepe coitum obſeruauit. Per ſex minuta prima horae cohaeret. Penis eſt cylindricus, tranſparens.

p. 65. 10. *Aphis roſae* LINN. viridis, corniculis longiſſimis. tab. III. f. 10.

p. 76. 11. *Aphis ſalicis farinoſa*, obſcure viridis, tuberculis lanuginoſis albis, corniculis longioribus. Huius ſpeciei mares media aeſtate obſeruantur.

p. 77. 12. *Aphis tiliae nigro punctata*, flauoviridis, lineis punctis nigris, alis nigro maculatis, corniculis breuioribus. tab. V. f. 1-6. Eſt *aphis tiliae* LINN.

In commentario tertio hiſtoria aphidum continuatur.

13. *Aphis*

13. *Aphis foliorum vlmi* (aphis vlmi LINN.) nigricans tuberculata, foliorum volutorum vlmi. Differt haec species a sequente, quae in foliis vlmi vesicas efficit. Tab. V. f. 7-22. Multa, quae de propagatione et metamorphosi Cl. Auctor enarrat, omittere cogimur. p. 81.

14. *Aphis gallarum vlmi*, nigricans corniculis nullis. Tab. IV. f. 15-17. REAUM. III. t. 25. f. 4-7. Mense Iulii in vesicis sunt nymphae huius insecti. Differt a praecedente corpore breuiore, posteriora versus rotundato, antennis pedibusque multo breuioribus et crassioribus. p. 89.

15. *Aphis populi tremulae ramulorum* LINN. coeruleo nigra tomentosa, corniculis nullis. Tab. VII. f. 1-6. Ante metamorphosin in societate, post eam dispersae in arbore habitant. p. 94.

16. *Aphis xylostei*, tomentosa corniculis nullis. Tab. VII. f. 8-13. Ventre viridi, reliquis partibus nigris, alis albis. p. 96.

17. *Aphis gallarum abietis*, tomentosa corniculis nullis. Tab. VIII. f. 1-28. Est *Chermes pini abietis* LINN. Gallae structuram primum, deinde insecti formam diligenter describit Cl. Auctor. Caeterum egregie generationis modus hic explicatur. Matres, quae gallam punctura efficiunt, autumno praecedentis anni nascuntur, hyeme quiescunt, et vere sequente propagationis negotium incipiunt. Semper sunt ouiparae. Propter formam corporis, et attributa alatorum subiectorum, Cl. Auctor hanc speciem ad Aphidem pertinere putat: etsi nobis, propter proboscidem pectoralem, LINNAEO potius adsentiendum esse videtur. p. 99.

Commentario quarto *Chermidum* historia exhibetur. Huius generis vterque sexus alatus est, an- p. 130.

tennae thorace ſunt longiores, proboſcis pectoralis, alae quatuor eleuatae et oblique dependentes, frons, ſeu extremitas capitis, duabus partibus conicis elongatis munita, et pedes poſteri ſaltatorii. In ſtatu puparum, aphidibus non multo maiores ſunt, corpus eorum vero eſt magis depreſſum et latum, abdomen nunquam eſt corniculatum. Mas et femina coitum exercent a latere, vt cicadae. Motu ſunt viuido. Hyemem perdurant et ſequenti vere oua ponunt. Trium tantum ſpecierum vitae rationem et corporis ſtructuram examinat Cl. Auctor: Hae ſunt

p. 134. 1. *Chermes vrticae*, LINN. fuſca aut vireſcens, abdominis lateribus albo maculatis. Tab. IX. fig. 12-19. et Tab. X. f. 1. 2. In foliis praeſertim iunioribus habitant. *Pupae* ſeu *nymphae*, in dorſum poſitae, difficulter iterum pedibus inſiſtere poſſunt. Loco tarſi in pedibus habent partem fere triangularem, quam inflectere, inflare, et retrahere poſſunt. Praeterea in baſi huius partis quoque duos incuruos vngues offerunt. Proboſcis, capiti intime iuncta, finitur in filum acutum. Metamorphoſin huius ſpeciei accurate expoſuit Cl. Auctor. In inſecto declarato roſtrum e pectore egreditur, et loco fili adeſt pilus breuis.

p. 141. 2. *Chermes pyri communis* LINN. viridi fuſca, maculis faſciisque obſcuris, alis fuſco maculatis. Tab. IX. fig. 1-16. Pedes ſunt vnguiculati. Sub pectore in hac et in priori ſpecie prope a pedibus poſterioribus duae partes conicae poſitae ſunt. Singularis eſt penis ſtructura.

p. 148. 3. *Chermes betulae alni* LINN. lanata viridis. Tab. X. f. 8-20. Sub finem menſis Maii conſpicitur: in ſocietate viuit. Inter oculos et in dorſo thoracis maculae nigrae, antennae

corporis

corporis longitudinem aequant, et nouemnodiae ſunt, lana recta non criſpa eſt.

Quintus commentarius de *cicadis* tractat. Feminae aculeo dentato inſtruuntur. Fulgoram ad cicadae genus pertinere putat. Ocellis (*yeux liſſe*) duobus inſtruuntur. Maris venter terminatur ſquamis, lamellas concauas et mobiles, vel hamos conſtituentibus, quibus ſe feminae affigit. Antennae capitis longitudinem parum ſuperant et tribus articulis inſtruuntur. Pedum tarſi terarticulati, et tibiae poſticae ſpinoſae, longioresque reliquis. Omnes ſunt ouiparae. In quinque familias hoc genus diuidit Cl. Auctor. p. 158.

1. *Cicadae*, quarum caput fronte prolongatur. Hae ſunt *Fulgorae* LINN.
2. *Cicadae*, thorace magno, eleuato et compreſſo: ſeu *Cicadae foliaceae* LINN.
3. *Cicadae*, thorace angulis lateralibus acutis, ſeu *Cicadae cruciatae* LINN.
4. *Cicadae*, thorace plano, alis conuexo deflexis; ſuperioribus tranſparentibus, vitreis, vti inferioribus; capite, praeter oculos duos, tribus ocellis, in triangulo poſitis, inſtructo. Huius familiae ſunt cicadae ſtridentes ſ. *manniferae* LINN.
5. *Cicadae*, thorace plano, alis deflexis, ſuperioribus opacis et coloratis: capite duobus tantum ocellis inſtructae. Huius familiae plures Europaeae ſpecies ſunt:
   1. *Cicada ſpumaria* LINN. *graminis*, fuſca, alis ſuperioribus maculis albis. Tab. XI. f. 1-21. Spuma, in qua habitat, defenditur a ſolis ardore et pluuiis nimiis, vel ab inſectis carniuoris, vt araneis, vel etiam eadem impeditur nimia corporis tranſpiratio. Nympha in p. 163.

omni planta et arbore habitat, earumque ſuccis nutritur. Bene deſcribitur modus, quo ſpumam ex ano euacuat. Si nympha in declaratum inſectum mutatur, tunc cruſtam ex ſpuma format, atque ſic priorem cutem detrahit. Menſe Septembre in maxima copia animaduertuntur. Coitum lateralem in iis obſeruauit.

p. 180. 2. *Cicada ſpumaria ſalicis*, griſea, pedibus rufo teſtaceis. Huius mentionem alibi non reperimus, neque eiusdem icon hic traditur.

p. 181. 3. *Cicada cornuta*, LINN. thorace bicorni, poſtice ſubulato, longitudine abdominis. Tab. XI. f. 22. 23.

p. 182. 4. *Cicada neruoſa* LINN. griſeo fuſca, alis hyalinis fuſco maculatis, neruis fuſco punctatis. Tab. XII. f. 1. 2.

p. 185. 5. *Cicada vndata*, flaua, thorace fuſco, alis ſuperioribus faſcia vndata fuſca. Tab. XI. f. 24.

p. 186. 6. *Cicada trifaſciata* (*Cicada bifaſciata*, LINN.) nigro fuſca, faſciis tribus tranſuerſis albis, capite ſubtus flauo. Tab. XI. f. 25.

7. *Cicada interrupta*, LINN. alis ſuperioribus flauis, faſciis binis nigris interruptis longitudinalibus, pedibus flauis. Tab. XII. f. 6. 11. Iulio in herbis pratenſibus inuenitur.

p. 188. 8. *Cicada vlmi* LINN. *muſciformis*, abdomine nigricante. Tab. XII. f. 12 – 19.

p. 193. 9. *Cicada roſae* LINN. *muſciformis*, viridi-lutea, abdomine luteo, ſeu viridi, alis albidis apice hyalinis.

p. 195. His ſubnectuntur *cicadae exoticae* prioris familiae, earumque deſcriptiones:

1. *Fulgora laternaria* LINN. 2. *Fulgora candelaria*. 3. *Cicada laternaria fuſca*, fronte ro-
p. 200. ſtrata ſubulata recta apice truncata, alis ſuperio-

perioribus punctis nigris sparsis. Tab. 32. f. 1. Forte ex America. Est *Fulgora obscurata* FABRIC. *S.E.* p. 674. 4. *Fulgora phosphorea* LINN. Tab. 32. f. 2. 5. *Fulgora noctivida* LINN. *Cicada conirostris* Auctoris Tab. 32. f. 4. *Cicada breuirostris* seu *Fulgora lucernaria* LINN. Tab. 32. f. 6. 7. *Cicada folium ambulans*, flauouiridis, fronte rostrata breui, recta, alis amplissimis, verticalibus compressis. Tab. 32. f. 7. 8. Ex America.

Cicadae alterius familiae seu Cicadae foliaceae sequuntur et quidem p. 205.

1. *Cicada foliata* LINN. nigro fusca, thorace compresso foliaceo verticali; fascia arcuque albis. Tab. 32. f. 9. et
2. *Cicada foliata arcuata*, nigro fusca, thorace simili n. 1. arcu flauescente: tab. 32. f. 10.
3. *Cicada foliata fusca*, nigro fusco tota, thorace congeneribus simili. tab. 32. f. 14. p. 208.
4. *Cicada fronditia*, LINN. fusca, thorace compresso foliaceo, margine sinuoso, apice rostrato. Tab. 32. f. 15. 16.
5. *Cicada hastata* seu *Cicada squamigera*, LINN. grisea liuida, thorace magno eleuato, antice posticeque acuto, pedibus quatuor primoribus latis compressis. Tab. 32. f. 17. 18. p. 209.
6. *Cicada gibbosa*, nigra, elytris flauo-liuidis, pedibus fuluis, thorace carinato gibbo, antice obtuso, postice acuto. Tab. 32. f. 20. 21. Omnes has species ex Surinamo obtinuit Cl. Auctor. p. 211.

Ex quarta familia sequentes species recenset: p. 212.

1. *Cicada tibicen*, LINN. thorace antice viridi, postice fuluo maculis nigris, alis hyalinis venis fuscis, margine dilatato viridi. Tab. 32. f. 23. Nympham huius speciei quoque depingit ibid. f. 24.

 2. Ci-

p. 219. 2. *Cicada nigrolineata*, fulua, thorace linea nigra, alis linea flexuosa fusca: margine maculisque hyalinis. Tab. 33. f. 1. Cl. Auctor hanc cum *cicada repanda* LINN. vnam eandemque esse putat: sed nobis omnino cum *cicada capensi* LINN. conuenire videtur.

3. *Cicada ocellata*, viridis fusco fuluoque maculata, alis superioribus ocellis maculisque fuscis albidisque, inferioribus fuluis fascia flexuosa nigra. Tab. 33. f. 2. 3.

p. 221. 4. *Cicada nitida*, griseo viridis, alis hyalinis nitidissimis, femoribus antice tridentatis. Tab. 33. f. 4-5.

5. *Cicada sanguinea*, alis superioribus fuscis, fronte, abdomine, thoracisque maculis binis sanguineis Tab. 33. f. 17. In China habitat.

Sequuntur Cicadae exoticae quintae familiae.

p. 222. 1. *Cicada Phalenoides* LINN. flaua, alis amplissimis deflexis albidis nigro punctatis. Tab. 33.

2. *Cicada rubra* LINN. Tab. 33. f. 8. 9. 10.

p. 225. 3. *Cicada quatuorfasciata*, LINN. flaua, fasciis quatuor transuersis nigris Tab. 33. f. 11.

p. 226. 4. *Cicada collaris*, flauo fulua, thorace fascia rubra pallida, antennis longioribus. Tab. 33. f. 6. 7. 12. 13.

5. *Cicada marginata* fusca, vtrinque linea laterali flaua; alis posticis nigris. Tab. 33. fig. 24. Hae duae n. 4 et 5. nouae sunt.

p. 227. 6. *Cicada reticulata*, LINN. fusco testacea, capite obtuso, thorace linea alba, alis albo reticulatis, tibiis posticis nigro maculatis. Tab. 33. f. 15. 16. Omnes has species ex Surinamo a Cl. ROLANDRO Noster accepit.

p. 229. Sextus Commentarius de *Cimicibus* exponit. Praeter oculos maiores etiam plerique duobus ocellis instruuntur. In sex familias hoc genus dispescit:

ſcit: quarum prior antennas filiformes aut ſubclavatas, quinquenodes et caput cum thorace triangulum habent. Huius familiae ſunt ſpecies ſequentes, diligenter deſcriptae.

1. *Cimex iuniperinus*, LINN. Tab. 13. f. 1. 2. Dorſum, quod alis tegitur, nigrum eſt. Ocelli in hac ſpecie proxime ab oculis conſpiciuntur. Roſtrum ex tribus partibus filiformibus conſtat, quod Cl. Auctor ſtudioſe diſquiſiuit, ſic quoque partes genitales vtriusque ſexus, coitum, oua, quorum viginti vna femina ponit, atque ex ouis natum cimicem pullum eiusque metamorphoſin vberius deſcribit. p. 231.

2. *Cimex rufipes*, LINN. ouatus fuſcus, thorace angulato ſpinoſo, ſcutelli apice pedibusque rubris. Haec ſpecies eſt carniuora, erucis veſcitur. p. 253.

3. *Cimex haemorrhoidalis*, LINN. ouatus viridis ſubtus pallide flauus, thorace obtuſe ſpinoſo, elytris macula fuſca, abdomine ſupra rubro; maculis nigris. Tab. 14. f. 7. 8. In Sorbo hanc inuenit. p. 254.

4. *Cimex verbaſci* (*cimex baccarum* LINN.) ouatus griſeo fuſcus, antennis albo nigroque maculatis, ſcutelli apice glauco, abdomine ſupra nigro: margine flauo maculato. Tab. 14. f. 5. p. 257.

5. *Cimex purpureipennis*, ouatus flauo viridis, thorace angulato, elytris pallide purpureis, antennis nigris, pedibus roſeis. Tab. 13. fig. 15. Huc Cl. Auctor SCHAEFF. icon. tab. 57. f. 1. commemorat, quam LINNAEVS ad cimicem baccarum refert.

6. *Cimex bidens* LINN. ouatus fuſcus, thorace ſpinis longioribus, ſubtus maculis rubris, antennis rufis, abdomine ſubtus macula nigra. Tab. 13. f. 9. p. 259.

p. 260. 7. *Cimex dentatus*, ouatus ſupra fuſco viridis, ſubtus flaueſcens, thorace linea tranſuerſa flaua, elytris rubro marginatis, ano bidentato rubro. In *betula;* noua ſpecies.

p. 261. 8. *Cimex betulae* (*Cimex griſeus* LINN.), ouatus viridi ſeu rubro griſeus, ſcutello macula nigra, antennis griſeis apice nigris, abdominis lateribus flauo nigroque variis. Tab. 14. f. 9. Singulare eſt in hac ſpecie, quod cimices pulli cum matre in ſocietate viuant, eamque ſequantur, vt ideo mater eos defendere et curare videatur.

p. 266. 9. *Cimex praſinus* LINN. ouatus viridis, ſubtus viridi griſeus, pedibus concoloribus.

10. *Cimex oleraceus.* LINN. Tab. 15. f. 22. 23.

11. *Cimex coeruleus* LINN.

12. *Cimex bicolor* LINN. ouatus niger nitidus, thorace elytris tibiisque ſpinoſis albo maculatis. SCHAEFF. icon. tab. 41. f. 8. 9.

13. *Cimex niger ſpinipes*, ouatus niger nitidus, tibiis ſpinoſis, elytrorum parte membranacea fuſca, alis albidis. GEOFFR. inſ. I. p. 470. n. 70.

14. *Cimex punctatus.* LINN.

15. *Cimex griſeus* nigro punctatus, ouatus, griſeus, albo marginatus, nigroque punctatus, abdomine aeneo nigro.

16. *Cimex roſtratus*, (*Cimex acuminatus* LINN.) ouatus griſeus punctatus, faſciis longitudinalibus fuſcis, capite magno, triangulari longitudine thoracis. Tab. 14. f. 12. 13. In hordeo inuenit. SCHAEFF. icon. t. 42. f. 11.

Secundae familiae cimices antennis filiformibus, ſeu clauatis, quadrinodiis inſtruuntur.

p. 223. 17. *Cimex auriculatus*, (*Cimex marginatus* LINN.) oblongo ouatus fuſcus, thorace obtuſe angulato, antennis groſſis clauatis medio rubris, abdo-

abdomine ſupra rubro. SCHAEFF. ic. t. 41. f. 4. 5.

18. *Cimex hyoſcyami* LINN. Tab. 14. f. 14. 15. SCHAEFF. ic. t. 13. f. 11.

19. *Cimex equeſtris* LINN. SCHAEFF. ic. t. 48. f. 8. elem. t. 45. f. 2.

20. *Cimex apterus* LINN.

21. *Cimex littoralis* LINN. ouatus nigricans, dorſo gibbo, maculis dilute fuſcis diaphanis, alis breuiſſimis. Tab. 14. f. 17-21.

22. *Cimex pini* LINN. Tab. 14. f. 22. SCHAEFF. ic. t. 42. f. 12.

23. *Cimex gallarum vlmi*, oblongus niger, antennis breuioribus, elytris fuſcis macula flaueſcente albaque. Habitat in veſicis *vlmi*, ab *aphidibus* relictis. p. 279.

24. *Cimex calcaratus*, LINN. abdomine ſupra rubro. Tab. 14. f. 23. 24. SCHAEFF. ic. t. 123. f. 2. 3.

In tertia familia cimices occurrunt antennis ſetaceis, proboſcide breuiore incurua, vt p. 281.

25. *Cimex quiſquilius* (*Cimex perſonatus* LINN.) Tab. 15. f. 7-9. SCHAEFF. ic. t. 13. f. 6. 7. Omnibus inſectis viuis veſcitur.

26. *Cimex niger rufipes*, oblongus, pedibus abdominisque lateribus rubro maculatis. Eſt *Cimex annulatus* LINN. SCHAEFF. icon inſ. Tab. 5. f. 9. 10. 11. p. 286.

27. *Cimex ſubapterus*, oblongus griſeus, alis breviſſimis, abdomine nigro punctato. Tab. 15. fig. 10. 11. p. 287.

Quarta familia comprehendit *Cimices* antennis ſetaceis, longitudine corporis, proboſcide fere recta, caput thoracis longitudinem aequans.

28. *Cimex leucocephalus* LINN.

29. *Cimex ſtriatus* LINN. thorace flauo maculato. Tab. 15. f. 13. 14.

30. *Cimex laeuigatus* LINN. oblongus albo viridi griſeus, pedibus antennisque nigricantibus, thorace faſciis binis nigris, elytris albo cinctis.

31. *Cimex oblongus viridis*, oculis nigris, antennis longis ſetaceis. GEOFFR. inſ. I. p. 456. n. 43. In vrtica aliisque plantis habitat.

32. *Cimex roſeo maculatus*, oblongus viridis, antennis ſetaceis, elytris maculis ſex roſeis, pedibus rubro tinctis. GEOFFR. ib. p. 457. n. 44.

33. *Cimex fuluo maculatus*, pedibus fuſcis nigropunctatis. Eſt *cimex Rolandri* LINN. habitat in *ſalice*.

34. *Cimex flauo quadrimaculatus*, oblongus niger, elytris fuſcis maculis binis, pedibusque flauis.

p. 296. Commentario ſeptimo pergit de Cimicibus agere, et quidem ſub *quinta familia* recenſet *Cimices corpore depreſſo:* huc pertinet

35. *Cimex lectularius* LINN. Hiſtoria huius traditur. In ſpeciem ipſam ſaeuit. Remedia contra hanc ſpeciem laudata recenſet, omniumque efficaciſſimum putat, conclauia iis obſeſſa calce obducere, in qua lixiuium vitrioli mixtum ſit.

p. 305. 36. *Cimex betulae* LINN. elytra feminae ſunt abdomine anguſtiora. Tab. 15. f. 16–19.

37. *Cimex groſſipes* ſeu *Cimex abietis* LINN. depreſſus rufo fuſcus, capite thoraceque nigris. Tab. 15. f. 20–22. differt quibusdam a Linnaeana deſcriptione.

p. 309. 38. *Cimex cardui*, LINN. ouatus griſeus, nigromaculatus, antennis clauatis, thorace lineis tribus longitudinalibus eleuatis. Tab. 16. f. 1-6.

Sextae

Sextae familiae Cimices, corpore elongato, cylindrico instruuntur; vti

39. *Cimex naias* seu *Cimex lacustris* LINN. Tab. 16. f. 7. vescitur aliis insectis. Primo vere apteri sunt, dubiumque est, an tunc in laruae vel nymphae statu sint, nec ne: coitum enim exercent. Cl. Auctor tamen putat duas species esse. Praeterea quoque maiorem, caeterum similem speciem seu varietatem iudicat. p. 311.

40. *Cimex acus* seu *Cimex stagnorum* LINN. capite tereti longissimo, pedibus omnibus aequalibus. Tab. 15. f. 24. 25. p. 312.

41. *Cimex culiciformis* seu *Cimex vagabundus* LINN. linearis fuscus albo maculatus, antennis pedibusque quatuor posticis longissimis: anterioribus breuissimis.

Sequuntur species Cimicum exoticae. p. 328.

A. Primae familiae:

1. *Cimex variolosus* LINN. griseo flauus, maculis punctisque excauatis fuscis, thorace spinoso, scutello gibbo, abdominis fere longitudine. Tab. 34. f. 1.

2. *Cimex pustulatus*, ouatus rufus; maculis flauescentibus sparsis, thorace angulato, scutello elongato. Tab. 34. f. 2.

3. *Cimex rufo marginatus*, ouatus supra viridis, margine rufo, subtus testaceus lineis nigris, thorace angulato, antennis pedibusque rufis. Tab. 34. f. 3. Dubitat Cl. Auctor, an sit idem cum *Cimice stolido* LINN.

4. *Cimex viridis pensyluanicus*, subrotundus, totus viridis, thorace angulato. Tab. 34. f. 5.

5. *Cimex albo punctatus*, ouatus, flauo griseus, thorace acute spinoso, scutelloque punctis excauatis nigris, elytris punctis eleuatis albis. Tab. 34. f. 6.

Secun-

p. 332. B. Secundae familiae:

6. *Cimex ypſilon* LINN. Tab. 34. f. 7. 8. colore eſt aeneo.

7. *Cimex ypſilon griſeus*, Tab. 34. f. 9. oblongo ouatus, thorace ſpinoſo, antennis pedibusque teſtaceis.

8. *Cimex balteatus* ſeu *Cimex bipuſtulatus* LINN. abdomine rubro, elytris antice teſtaceis, nigro maculatis. Tab. 34. f. 10.

9. *Cimex albo faſciatus*, oblongus ruber, elytris nigris faſcia alba, femoribus anticis dentatis. Tab. 34. f. 11.

10. *Cimex nigro punctatus*, oblongus ſupra fuſcus, ſubtus griſeus, thorace ſpinoſo, femoribus dentato nigro maculatis. Tab. 34. f. 12.

11. *Cimex rubro balteatus* ſeu *Cimex kermeſinus* LINN. Tab. 34. f. 15.

12. *Cimex punctatus* ſeu *Cimex lineola* LINN. oblongus, femoribus dentatis. Tab. 34. f. 17.

13. *Cimex rubro cinctus* ſeu *Cimex ſuccinctus* LINN. femoribus anticis dentatis. Tab. 34. f. 19.

14. *Cimex triſtis*, oblongus ſupra fuſcus ſubtus rufo liuidus, thoracis margine liuido, antennis ſubclauatis. Tab. 34. f. 20.

15. *Cimex fuluo niger*, oblongus, elytris antice teſtaceis, poſtice nigris, thoracis marginibus pectoreque maculis rubris, femoribus anticis dentatis. Tab. 34. f. 21.

16. *Cimex fuluus*, oblongus flauo fuluus, elytris fuſcis, vaſis fuluis, pedibus nigro maculatis. T. 34. f. 22.

17. *Cimex variegatus*, oblongus fuſcus, thorace antice flauo, elytrorum baſi rubra: medio macula flaua. Tab. 34. f. 23.

18. *Cimex oculus cancri*, oblongus liuido flauus maculis ſanguineis, antennis clauatis, oculis capi-

capitulo cylindrico insidentibus. Tab. 34. f. 24.

19. *Cimex nanus fasciatus*, oblongus flauo testaceus, oculis nigris prominentibus, thorace maculis quatuor elytrisque fasciis nigris. Tab. 34. f. 25.

C. Tertiae familiae: p. 344.

20. *Cimex hirtipes* seu *nigripes* LINN. Tab. 35. f. 1. 2. 3.

21. *Cimex femoratus*, oblongus niger, rostro arcuato, elytris albidis macula rubra, arcuque nigro, femoribus quatuor clauatis rubris. Tab. 35. f. 4-6.

22. *Cimex quatuorspinosus* LINN. capite bispinoso, abdomine spinis ciliato. Tab. 35. f. 7-9.

23. *Cimex multispinosus*, oblongus, fuscus, capite thoraceque multispinosis, femoribus anticis crassioribus multidentatis. Tab. 35. f. 10.

24. *Cimex rubro fasciatus*, oblongo ouatus, nigro fuscus, thoracis abdominisque margine fasciisque transuersis rubris. Tab. 35. f. 12.

E. Quintae familiae:

25. *Cimex scorpio* seu *Cimex erosus* LINN. Tab. 35. f. 13. 14.

F. Sextae familiae:

26. *Cimex longipes*, linearis fuscus, rostro arcuato, antennis pedibusque longissimis: anticis dentatis. Tab. 35. f. 16.

27. *Cimex tipuloides*, linearis griseus, antennis rubro maculatis, femoribus apice rubris, pedibus omnibus subaequalibus. Tab. 35. f. 18.

28. *Cimex trispinosus*, linearis, griseo fuscus, antennis longis apice crassioribus, spinis dorsalibus tribus erectis. Tab. 35. f. 19. 20.

29. *Cimex fuluipes*, linearis nigro fuscus, pedibus testaceis, femoribus crassis, elytris abdomine breuioribus.

Octauo

p. 356. Octauo commentario de *Notonecta* et *Nepa* agit, haec duo genera in vno, nomine *Cimicis aquatici* (Punaises d'eau) coniungens. Pedibus tantum species differunt. In statu laruae et nymphae solum in aqua degunt; si vero perfecta eorum est metamorphosis, sub vesperam et noctu volant ex aqua et alia loca aquosa petunt. Carne aliorum insectorum vescuntur.

Duae familiae huius generis sunt:

Prima seu *Nepa* LINN. pedibus anterioribus cheliformibus simplicibus instruitur:

1. *Nepa scorpio aquaticus* seu *Nepa cinerea* LINN. Tab. 18. f. 1. Lente super aquam natat. Ostendit Cl. Auctor pedes anteriores, veros pedes esse, et ex thorace oriri, quod negauerat Cl. GEOFFROY. Antennas paruas biarticulatas articulo primo appendice munito, pilosas, bene depictas tradit. Cauda setifera respirat aërem. Oua filis ornata sunt.

p. 369. 2. *Nepa linearis* LINN. Tab. 19. f. 1. 2.

p. 375. 3. *Nepa Naucoris* seu *Nepa cimicoides* LINN. Tab. 19. f. 8. 9. Antennae quatuor articulis praeditae sunt. f. 12. Celeriter in aquis natat.

p. 379. 4. *Nepa grandis* LINN.

p. 381. Secunda familia *Notonectam* LINN. comprehendit.

5. *Nepa Notonecta* seu *Notonecta glauca* LINN. Tab. 18. f. 16. 17. Antennae quatuor articulis praeditae sunt, si basin computaueris. Oua sunt alba elongata; quae mater plantis aquaticis imponit. Maio seu primo vere ex ouis nascuntur laruae.

p. 389. 6. *Nepa striata* seu *Notonecta striata* LINN. Tab. 20. f. 1-14. Minorem quoque, caeterum huic similem indicat et depingit, f. 15. Haec species exhalat fortem et inamoenum odorem, cimicino odori similem.

Nonus

Nono commentario *Mantis* hiſtoria proponitur: Inſecta, quae LINNAEVS ad mantem, gryllum, blattam et forficulam retulit, *dermaptera* nominari poſſe, putat Cl. Auctor. Character igitur eſt in ſtructura elytrorum ſemicoriaceorum, vt et in ore maxilloſo ponendus. p. 399.

Character genericus *Mantis*, quem Auctor tradit, cum Linnaeano conuenit, praeter, quod pedes antici compreſſi et ſerrati, vti LINNAEVS vult, non in omnibus ſpeciebus reperiantur. ROESELII obſeruationes hic Noſter commemorat, et ſequentes ſpecies deſcriptas et depictas ſiſtit.

1. *Mantis phthiſica* LINN. Tab. 36. f. 1. elytra ſunt carinata.
2. *Mantis baculus* ſeu *Mantis necydaloides* LINN. thorace teretiuſculo ſcabro, elytris breuiſſimis gibbis, alis abdomine breuioribus, pedibus inermibus. Tab. 36. f. 2. 3.
3. *Mantis precaria* LINN. antennis thorace breuioribus, pedibus anticis cheliformibus. Tab. 36. f. 4-8. p. 407.
4. *Mantis hyalina*, thorace marginato laeui, elytris hyalinis immaculatis, antennis nigris, thorace longioribus, pedibus anticis cheliformibus. Tab. 37. f. 1. p. 410.
5. *Mantis oratoria* LINN. thorace ſpinoſo. Tab. 37. f. 2.

Decimo commentario de *Locuſtis* ſ. de *Gryllo Tettigonia* LINN. agitur. Primum generalis deſcriptio omnium partium, quae his inſectis ſunt, traditur, atque diſcrimen a *Gryllo Acridio* ſimul, vti et vitae ratio indicatur. Deinde ſpecies hae recenſentur: p. 412.

1. *Gryllus viridiſſimus* LINN.
2. *Gryllus verruciuorus* LINN. Tab. 21. f. 1. 2. p. 428.

Haec

Haec ſpecies *Gordio inſectorum* infeſtatur: *verruciuorus* ideo dicitur, quod vulgus opinetur, eius morſu verrucas manuum etc. ſanari.

p. 433. 3. *Locuſta thalaſſina*, coeruleo viridis, antennis pedibusque, flaueſcentibus, cauda feminae enſifera recuruata. FRISCH. inſ. Tom. 12. tab. 1. f. 2. n. 4. LINN. faun. Suec. n. 2283.

4. *Gryllus brachypterus* LINN. thorace lineis duabus albis. Tab. 22. f. 2. 3.

5. *Locuſta griſea, aptera*, capite, thoraceque faſciis duabus nigris. In Suecia inuenta 1760.

Subiungit exoticas ſpecies.

p. 437. 1. *Gryllum citrifolium* LINN. Tab. 37. f. 3.

2. *Locuſtam ſiccifoliam*, thorace laeui, elytris maximis ouatis erectis foliiformibus, antennis longiſſimis, tibiis muticis. Tab. 37. f. 5.

p. 441. 3. *Locuſtam cornutam*, viridem, thorace rotundato, capitis vertice cornuto rugoſo, femoribus ſpinoſiſſimis, antennis teſtaceis elytro breuioribus. Tab. 37. f. 7.

4. *Gryllum acuminatum* LINN.

p. 444. 5. *Locuſtam tuberculatam*, thorace planiuſculo, vertice tuberculato laeui, elytris elongatis anguſtis, antennis teſtaceis longitudine elytrorum. Tab. 38. f. 1.

6. *Locuſtam oblongifoliam*, thorace ſubtetragono plano, corpore fuſco, elytris viridibus ouatis ala breuioribus, pedibus poſticis longiſſimis. Tab. 38. f. 2.

7. *Locuſtam curuicaudam*, viridem, thorace tetragono plano, elytris elongatis ala breuioribus, pedibus poſticis longiſſimis. Tab. 38. f. 3.

8. *Gryllum myrtifolium* LINN. Tab. 38. f. 4.

9. *Gryllum coronatum* LINN. Tab. 38. f. 5.

10. *Gryllum aquilinum* LINN. Tab. 38. f. 6. et t. 39. f. 1.

11. *Locusta vulturina*, thorace angulato laeui, femoribus anticis muticis, fronte macula abdomineque subtus fascia nigris, antennis corpore triplo longioribus. Tab. 39. f. 2. p. 451.
12. *Locusta falconaria*, thorace rotundato, femoribus teretibus longis: intermediis muticis, elytris lanceolatis, antennis longissimis. Tab. 39. f. 4.
13. *Gryllus pupus* LINN. Tab. 39. f. 5.
14. *Locusta capitata*, capite magno, thorace plano laeui: fasciis binis longitudinalibus nigris, elytris longitudine abdominis. Tab. 40. f. 1.
15. *Locusta spinifrons*, thorace planiusculo laeui, vertice spinoso, fronte nigra, corpore rufo fusco, elytris viridi purpureis pallidis. Tab. 40. f. 2.
16. *Locusta agilis*, griseo viridis, abdomine fusco, thorace planiusculo, antennis pedibusque posticis longissimis, alis elytro longioribus. Tab. 40. f. 3.
17. *Locusta fasciata*, viridis, abdomine fasciis sulphureis fuscisque, thorace planiusculo, alis elytro longioribus, pedibus posticis longissimis. Tab. 40. f. 4.
18. *Locusta teres*, flauo liuida, oculis maximis, alis elytro longioribus, pedibus anticis spinosissimis.

Vndecimo commentario de *Acridio* seu *Gryllo locusta* LINN. tractatur. Hoc genus a priori distinguitur, antennis filiformibus, cauda simplici, non ensifera, tarsis, et ocellis, quibus *Grylli Tettigoniae* carent. In familias hoc genus non bene satis distingui putat Cl. Auctor. Species sequentes enumerat: p. 460.

1. *Acridium migratorium* s. *Gryllus migratorius* LINN. Tab. 23. f. 1. SCHAEFF. ic. 141. f. 4. 5.

p. 471. 2. *Acridium rubripenne* ſ. *Gryllus ſtridulus* LINN. vid. SCHAEFF. ic. 27. f. 10. 11.

3. *Acridium coeruleipenne* ſ. *Gryllus coeruleſcens* LINN. vid. SCHAEFF. ibid. f. 6. 7.

4. *Acridium apterum* ſ. *Gryllus pedeſtris*, LINN. femoribus poſticis ſubtus rubris, tibiis coeruleis. Tab. 23. f. 8. 9.

5. *Acridium rubripes* ſ. *Gryllus groſſus* LINN. Tab. 22. f. 4.

6. *Acridium biguttulum* ſ. *Gryllus biguttulus* LINN.

7. *Acridium albomarginatum* ſ. *Gryllus viridulus* LINN. viride ſ. fuſcum abdomine griſeo.

8. *Acridium rufo marginatum*, viride, elytrorum apice margineque exteriore rufis.

9. *Acridium nigro terminatum*, viride, elytris apice nigris, antennis corporis dimidia longitudine.

10. *Acridium clauicorne*, ſ. *Gryllus rufus* LINN. griſeo fuſco corpore, tibiis poſticis rufis. Tab. 23. f. 13.

11. *Acridium ſcutellatum* ſ. *Gryllus bipunctatus* LINN. Tab. 23. f. 15.

12. *Acridium ſubulatum* ſ. *Gryllus ſubulatus* LINN. Tab. 23. f. 17. SCHAEFF. ic. t. 161. f. 2. 3.

p. 486. Sequuntur ſpecies exoticae:

1. *Gryllus miliaris* LINN. Tab. 40. f. 6. abdomine nigro, faſciis albis.

2. *Gryllus albipes*, thorace criſtato, ſegmento quadruplici, elytris obſcure viridibus, alis violaceis, femoribus poſticis albo maculatis. Tab. 40. f. 7.

3. *Gryllus roſeus*, viridis, antennis flauis, alarum dimidia parte, tibiisque poſticis roſeis. Tab. 41. f. 1.

4. *Gryllus flauofaſciatus*, fuſcus, capite, thorace, elytrisque faſciis longitudinalibus flauis. Tab. 40. f. 8.

5. *Gryllus*

5. *Gryllus ſanguinolentus*, capite flauo rubro, nigroque maculato, thorace flauo, elytris viridibus, tibiis rubro maculatis. Tab. 40. f. 9.
6. *Gryllus haematopus*, Tab. 40. f. 10.
7. *Gryllus carolinus*, Tab. 41. f. 2. 3.
8. *Gryllus obſcurus*, Tab. 41. f. 4.
9. *Gryllus flauus*, Tab. 41. f. 5.
10. *Gryllus ſerratus*, Tab. 41. f. 6.
11. *Gryllus ſerrato faſciatus*, viridis, faſciis binis longitudinalibus griſeis, thorace cymbiformi carinato denticulato, capite acuminato. Tab. 42. f. 2.
12. *Gryllus dentatus*, fuſcus nebuloſus, thorace cymbiformi rugoſo, carina laeui, femoribus poſticis denticulatis, capite ouato. Tab. 42. f. 3.
13. *Gryllus flauo lineatus*, fuſcus, alis viridibus, thorace rotundato laeui, femoribus poſticis linea flaua. T. 42. f. 4.
14. *Gryllus rubro femoratus*, griſeo fuſcus, femoribus poſticis ſubtus rubris, intus flaueſcentibus nigro maculatis, tibiis poſticis rubris. T. 42. f. 5.
15. *Gryllus viridi faſciatus*, viridis, thorace carinato, elytris fuſcis, margine inferiore viridibus, alis nigris baſi luteis. T. 42. f. 6.
16. *Gryllus Acrida breuicornis* LINN. Tab. 42. f. 7.
17. *Gryllus variegatus*, viridi obſcurus, alis coeruleis, corpore faſciis maculisque flauis, femoribus baſi ſanguineis.
18. *Gryllus longipennis*, viridi flauus, capite thorace elytrisque abdomine duplo longioribus faſciis binis nigris.
19. *Gryllus acuminatus*, thorace nigro macula flauo viridi, elytris fuſcis macula viridi, femoribus poſticis faſciis tribus nigris. T. 42. f. 10.
20. *Gryllus aeneo ouatus*, griſeo fuſcus, thorace

fasciis binis nigris, elytris vnica grisea, femoribus posticis intus tibiisque sanguineis Tab. 42. f. 11.

21. *Gryllus punctatus*, griseo fuscus, elytris lineis punctatis nigris. T. 42. f. 12.

22. *Gryllus hamatus*, elytris nullis, thoracis scutello abdomine longiore, antennis longitudine abdominis.

Hae exoticae species vel in India, vel Surinamo, vel Pensyluania habitant.

p. 505. Commentario duodecimo continetur historia *Grylli Achetae* LINN. *Blattae* et *Forficulae*.

Grylli Achetae character genericus consistit in antennis setaceis corpore longioribus, capite rotundato, ore maxilloso et palpis instructo, elytris horizontalibus coriaceis, alis plicatis, cauda setosa, pedibus posticis saltatoriis, et tarsis triarticulatis. Descriptae species sunt:

1. *Gryllus domesticus* LINN. Tab. 24. f. 1. 2.

2. *Gryllus gryllotalpa* LINN. SCHAEFF. ic. 37. f. 1.

His subiungit descriptiones nouem specierum exoticarum, quarum plures nondum alibi inueniuntur, earumque icones addit. Inter eas quoque
p. 525. *Gryllus Acheta minutus* LINN. Tab. 43. f. 8. inuenitur.

p. 525. *Blattarum* character genericus cum eo, quem LINNAEVS dedit, conuenit. Additur tamen, os iis esse maxillosum palpisque simul munitum, pedumque tarsos quinquearticulatos esse. Species descriptae et delineatae sunt:

1. *Blatta Orientalis* LINN. T. 25. f. 1. 2. SCHAEFF. ic. 155. f. 6. 7.

2. *Blatta Lapponica* LINN. T. 25. f. 8-10. SCHAEFF. ic. 88. f. 23.

Ex

Ex exoticis ſpeciebus, quarum decem commemorantur, nominemus *Blattam Americanam* LINN. Tab. 44. f. 1-3. *Blattam Surinamenſem* LINN. T. 44. f. 8. *Blattam niueam* LINN. T. 44. f. 10. et *Blattam oblongatam* LINN. T. 44. f. 11.

Forficulae metamorphoſis probare Cl. Auctori videtur eam in vnum eundemque ordinem cum *Blatta* locandam eſſe. Deſcribitur

1. *Forficula maior* ſ. *auricularia* LINN. T. 25. f. 16. antennis articulis quatuordecim.
2. *Forficula minor* LINN. T. 25. f. 26. 27. SCHAEFF. ic. 41. f. 12. 13. antennis articulis vndecim.

Decimo tertio commentario comprehenduntur additamenta ad nonnullos ſecundi tomi commentarios: in quibus inſecta ex India Orientali et Occidentali nouiter allata deſcribuntur, earumque icones adiunguntur. Nos ea tantum commemorabimus, quae vel LINNAEVS habet, vel alia ex cauſa maxime ſunt memoratu digna. p. 555.

Libellulae

1. *carolina* LINN. Tab. 26. f. 1. DRVRY inſ. exot. t. 48. f. 1.
3. *vmbrata* LINN. T. 26. f. 4.
5. *dimidiata* LINN. T. 26. f. 6.
6. *faſciata* LINN. T. 26. f. 7.

Hemerobii ſpecies quatuor, p. 559.

1. *cornutus*, ſ. *Raphidia cornuta* LINN. T. 27. f. 1. et f. 2.
2. *pectinicornis* LINN. T. 27. f. 3.
3. *teſtaceus* LINN. T. 27. f. 4. 5.
4. *marginalis* LINN. t. 27. f. 6. Duo poſteriores ſunt *Perla* Auctori.

Myrmeleones p. 567.

1. *Formicalynx* LINN. T. 27. f. 8.

2. *maculatus* f. *Hemerobius ſpecioſus* LINN. Tab. 27. f. 9. DRVRY *exot.* t. 46. f. 1. Putat Noſter *Myrmeleon Libelluloides* eſſe idem cum hoc inſecto, quod etiam nobis ita videtur.

p. 569. *Apes*, (ſpec. 10)

2. *veſpiformis*, glabra lutea, abdomine maculis lobatis nigris T. 28. f. 3.

3. *cordata* LINN. T. 28. f. 5.

4. *aeſtuans* LINN. t. 28. f. 7.

5. *Surinamenſis* LINN. T. 28. f. 9. DRVRY inſ. exot. t. 43. f. 4.

10. *gigas*, nigra nitida, oculis fuſcis, alis violaceo viridibus, aeneo nitentibus.

p. 572. *Veſpae*, ſpecies nouem:

1. *emarginata* LINN. *maxilloſa* Auctoris, nigro fuſca, antennis rufis, alis fuſco violaceis, abdominis petiolo elongato clauato, dentibus ſubulatis rectis, lingua elongata. T. 29. f. 1.

2. *recuruiroſtris* f. *Apis Mexicana* LINN. Tab. 29. f. 4.

3. *Canadenſis* LINN. T. 29. f. 7.

7. *annularis* LINN. T. 29. f. 11. thoracis lateribus rubris.

8. *quadricornis* LINN. t. 29. f. 12.

9. *maculata* LINN. t. 29. f. 13.

Spheges, (ſpec. 8)

1. *coerulea*, LINN. n. 38. T. 30. f. 1. *auripennis* melius dicitur, cum duas ſpecies priori nomine inſigniat LINNAEVS.

2. *Penſyluanica*, LINN. alis violaceis apice fuſcis, abdominis petiolo filiformi, maxillis longiſſimis incuruatis. T. 30. f. 2.

3. *Indica*, LINN.

6. *coerulea* LINN. n. 2. T. 30. f. 6.

8. *Mutilla Americana* LINN. T. 30. f. 10.

Sirex columba LINN. T. 30. f. 13.

Ichneu-

Ichneumon, 1. (f. *Sphex*) *Appendigafter* LINN. T. 30. f. 14. 15.

2. *ariolator* LINN. *fpinofus*, alis maculis binis fufcis, abdomine nigro, fafciis tribus albis, T. 30. f. 16.

3. *rugofus*, capite thoraceque rufis, abdomine cylindrico rugofo nigro, alis obfcure fufcis. tab. 30. f. 18.

Formicae (fpec. 9.)

1. *bidens* LINN. t. 31. f. 1. 2.
2. *haematoda* LINN. t. 31. f. 3.
3. *foetida* LINN. t. 31. f. 6.
5. *cephalotes* LINN. t. 31. f. 11.
6. *fexdens*, LINN. t. 31. f. 14-16.
7. *atrata*, LINN. t. 31. f. 17.
9. *omniuora*, LINN. t. 31. f. 23. 24.

Finit hunc tomum figurarum explicatio.

XV.

Defcription de deux petits Alcyons des Indes Orientales, & plufieurs autres oifeaux & bêtes &c. par A. VOSMAER, Directeur des Cabinets d'hiftoire nat. & de Curiof. de S. A. S. le Prince d'Orange & de Naffau &c. Membre de l'Acad. Imper. & Correfpondant de l'Acad. Roy. des Scienc. de Paris. A Amfterdam, chez Pierre Meyer, 1768-1774. 4. pl. 9. tab. aen. 9.

i. e.

Defcriptio Alcedinum Indicarum, aliorumque animalium, Auctore A. VOSMAER.

Ad manus noftras venerunt defcriptiones hae animalium rariorum, elegantiffimis iconibus illuftratae, quarum fingula in plagula vna, fafciculi

 inftar,

inſtar, contenta, ſingulari quoque inſtruitur inſcriptione, ei, quam de prima dedimus, ſimili. Lectoribus ſatis facturi videmur, ſi ſingula animalia indicamus.

Faſc. I. *Alcedines Indicae*, quae ambae ſunt brachyurae, et in eo a reliquis omnibus differunt, vt tridactylae ſint, duobus tantum anterioribus digitis inſtructae. Prior eſt capite rufo, remigibus nigris, dorſo coeruleo, ventre albo flaueſcente. Altera tota rubro flaueſcens, remigibus prioribus nigris.

Faſc. II. *Ampelidis* ſpecies, quam cum *Cayana* LINN. multum conuenire videmus; Auctor tamen eam nouam ſpeciem eſſe exiſtimat, et affirmat, plures a LINNAEO ad vnam ſpeciem eſſe relatas, quae tamen non ſint vniendae. De reliquo hanc auem ad *Turdi* genus referre mauult.

Faſc. III. *Pipra rupicola* LINN. monet Noſter, eam minus recte ad *Pipram* referri, ſed potius ſingulare genus ex ea conſtitui debere.

Faſc. IV. *Pſittacus Zeylanica*, ſanguinea, ceruice, ventre, axillis et remigibus primoribus coeruleis, cauda ſubtus flaueſcente. In deſcriptione ſimul lectu digna ad hiſtoriam pſittacorum ex aliis ſcriptoribus collecta ſunt, ſimulque notatur, pſittacos ſeminibus Cydoniorum inebriari, atque carthamo tinctorio aluum earum non moueri.

Faſc. V. *Sagittarius*. Ita dicitur auis, quae roſtri forma accipitribus, et pedum longitudine grallis ſimilis eſt, atque ideo hos ordines coniungere videtur. Carne victitat et lubenter auibus ac minoribus, non niſi eſuriens, piſcibus, bibere eum non obſeruare licuit.

licuit. Aquilae ſimilem vocem edit. Capite inſtruitur criſtato, genis nudis, flauis, corpore albo coeruleſcente, remigibus et apice rectricum nigris.

XVI.

Fundamenta teſtaceologiae, praeſide CAROLO a LINNÉ, d. XXIX Iun. MDCCLXXI, propoſita Auctore *Adolpho Murray*. Vpſaliae. 4. ex officina Edmanniana.

Digna ſane eſt haec Auctore ſuo Clariſſimo diſſertatio, qua ſyſtema LINNAEI, in teſtaceis paullo difficilius, egregie explicatur et illuſtratur.

Ex iis, quae de ratione ſtructurae et originis teſtarum conditae ſunt hypotheſes, Cl. HERISSANTI opinionem maxime ingenioſam, naturae conuenientem et experientia comprobatam exiſtimat. Incrementum teſtarum diuerſo modo fit. *Cypraeae* quolibet anno vetuſtas demittunt domos; aliae vltimos anfractus per nouos articulos dilatantes antiquam reddunt ampliorem. Conchae plurimae margines appoſitione lamellarum augent. p. 4.

Animalcula teſtarum carere dicit capite, naſo, auribus, pedibus et oculis; puncta enim nigra, tentaculis inſidentia, oculos eſſe negat: etſi SWAMMERDAMMI et nuper O. F. MÜLLERI induſtria contrarium demonſtratum eſſe videatur.

De vtilitate teſtaceologiae differens, commemorat, quaedam teſtacea eſſe venenata. Nonnulla, vt *Voluta mitra*, inſtrumento pungente laedunt; aliorum totum corpus veneno ſcatet, ſic *oſtreae* eo, quo ſpargunt ſemina, tempore funeſtae dicuntur. Sequitur breuis Auctorum, qui de teſtaceis ſcripſerunt, et methodorum enumeratio et iudicium de iis. p. 7.

p. 15. Maxime naturae conuenientem eam dicit methodum, quae ex animalium petitur ſtructura: cum vero hic multa etiamnum lateant, ex ſtructura teſtae ad animalis conformationem concludere neceſſum eſt. Huiusmodi eſt methodus Linneana, quam iam Cl. Auctor vlterius explicatione plurimorum terminorum egregie illuſtrat: id quod ſane praecipuum huius diſſertationis et vtiliſſimum meritum eſt.

In tranſitu ſuadet, vt, ſi cochleae naturalem nitorem retinere debeant, animalia corroſiuis vel acribus rebus v. c. puluere tabaci, irritentur, quo ex teſtis ſponte exire cogantur.

Adiunguntur duae tabulae aeneae, in quibus exempla depinguntur, quae characterem genericum optime exhibent, cum figurarum explicatione doctiſſima. Nomina depictarum ſpecierum ſunt haec, iuxta LINNAEI ſyſtema.

Helix Luſitanica: hic notat nonnullas Helicis ſpecies apertura gaudere fere obouata. *Turbo bidens*, in quo apertura dentata, ſuborbiculata. *Helix decollata*, et *auricularia*. *Patella equeſtris* et *ſaccharina*. *Turbo ſcalaris*. *Argonauta Argo*. *Bulla ampullacea*. *Cypraea Lynx*, *Moneta*, *Globulus*, *caurica*. *Buccinum Harpa*. *Murex Tribulus*, *ſaxatilis*, *reticularis*, *Ricinus*, *Nautilus Beccarii*. *Voluta Muſica*. *Trochus maculatus*. *Strombus pes pelecani*, *Scorpio*, *Fiſſurella*. *Helix citrina*. *Nerita Canrena*. Teſta, quae nondum a LINNAEO eſt recepta, vid. GUALT. fig. 69. L. *Haliotis parua*.

Tabula II depinguntur *Chiton aculeatus*. *Lepas anatifera*. *Pholas Dactylus*. *Oſtrea Pallium*. *Donax ſcripta*. *Mya pictorum*. *Solen ſtrigilatum*. *Tellina Remies*.

Remies. Cardium aculeatum, in quo dentes anales aliquantum bipartiti erant. *Mactra ſtultorum. Venus Dione. Chama Gigas. Anomia Cepa* et *craniolaris. Spondylus Gaederopus. Cardium pectinatum* et *echinatum. Arca barbata.* Denique etiam animal Anomiae.

XVII.

M. TH. BRÜNNICHII Zoologiae fundamenta praelectionibus academicis accommodata: ſeu *Grunde i Dyrelaeren.* Hafniae et Lipſiae MDCCLXXI. plagg. 16. 8. Apud Frid. Chriſt. Pelt. Literis Godichianis.

Duplici idiomate, Latino, et Danico, et forma tabulari conſcripta ſunt haec fundamenta. Atque Cl. Auctor ſperat, auditores plus leuaminis in eiusmodi inſtituta naturae comparatione generaliori inuenturos eſſe, quam ſi ſyſtematice ſcientia docetur. At vero omne ſyſtema nobis tabula characterum eſſe videtur. Species non ſunt in libro enumeratae. In introitu, vnicuique claſſi praemiſſo, generaliora attributa breuiter indicantur. Lapidum hiſtoriam et principia chemica breui ſubſecutura pollicetur, ſed quantum nobis conſtat, praeter CRONSTAEDTII mineralogiam, a Cl. Auctore editam, nihil horum prodiit. Pauca tantum ex ipſo libro exempli loco proponamus.

Hiſtoriae naturalis limites reſtringit Cl. Auctor p. 6. ita, vt ea recenſeat in naturae productis differentias et ſimilitudines, ſuppeditet oeconomiam naturae, et de ea ad vſum vel noxam concludat. Conuenit machina animalis cum vegetabili 1. generaliter medullari, interanea, et corticali ſubſtantia, 2. ſpecialiter, *trachearum* in inſectis et plantis ſimili natura, *fructi-*

fructificatione et hermaphroditica natura molluſcorum, *virtute gemmaſcente*, artuum, pilorum, cornuum, pennarum, dentium, vnguium et forte ſquamarum, *conſolidatione* vulnerum et *oſſificatione*, renaſcentia amiſſae partis in corpore, *reſtitutione* integri animalis e ſingulis ſuis fragmentis. Organa animalibus propria ſunt alimentaria, vitalia, genitalia, perceptoria, in neruis, quae organis alimentariis intertexta ſunt, repoſita; motoria ſ. muſculi, et ſenſoria. Sex claſſes, vti LINNAEVS, aſſumit:
p. 16. mammalia dicit *mammata*, et amphibia ei *reptilia* audiunt.

p. 24. Pilos *mammatorum* ſubſtantia *cornea* eſſe ait.
p. 32. Hanc primam claſſem, iuxta pedum differentiam et dentium inciſorum praeſentia vel abſentia, in quinque tantum ordines diuidit: qui ſunt 1. *Bruta*, vnguiculata dentibus primoribus nullis vtrinque: 2. *Ferae*, vnguiculatae dentibus primoribus ſupra et infra; huc itaque etiam *Primates* et *Glires* LINN. refert. 3. *Pecora*, 4. *Belluae* et 5. *Cetacea;* quae cum Linnaeanis ordinibus conueniunt. Linnaeana genera omnia aſſumit, noua tantum quaedam addit. Sic *Trichechi* genus in duo, nempe in *Manatum* et *Roſmarum* eſt diuiſum. Praeterea *Cauiae*, *Cercopitheci*, *Lutrae*, *Hyaenae*, *Tapiri*, *Hydrochaeri*, *Giraffae*, (quae eſt *Ceruus Camelopardalis* LINN.) et *Antilopes* genera diſtinguit, quae quidem iam ex BVFFONIO et PALLASIO Lectoribus cognita putamus.
p. 48. *Monodontem* LINN. cum reuera duo dentes porrecti adſint, *Ceratodontem* appellat.
p. 64. *Auium* ordines ſex hac ratione coniungit: 1. *Accipitres*, 2. *picae*, 3. *paſſeres*, 4. *gallinae*, 5. *grallae*,
p. 66. 6. *anſeres*. Ad picas refert *lanios*. Noua genera plura ex BRISSONIO aſſumit, atque in tabula ſynoptica characterum conuenientiam vel diſcrimina

ſequi-

ſequitur, qua tamen nexus ſeriei naturalis nobis minus patere videtur.

Reptilia duobus ordinibus abſoluuntur, quos dicit *gradientia* (haec ſunt *reptiles* LINN.) et ſerpentia. LINNAEI genera retinentur. *Nantes* vero ad piſces retulit, quoniam vitae genere, externa facie, et moribus magis cum his, quam cum amphibiis conueniunt. Quod anatomen piſcium attinet, plura nunc detecta ſunt, quae a Cl. Auctore minus accurate indicantur. *Aetas* piſcium a circulis concentricis vertebrarum noſtro iudicio non recte determinatur: in plurimis enim et iunioribus, et adultioribus eundem vertebrarum numerum obſervauimus. Ordines piſcium quinque conſtituuntur 1. *Chondropterygii*, branchiis incompletis et pinnis cartilagineis. 2. *Branchioſtegi*, iisdem branchiis, et pinnis membranaceis, quae oſſibus ſunt radiatae. 3. *Apodes*, 4. *Iugulares*, 5. *Thoracici*, 6. *Abdominales*. Sic patet Cl. Auctorem ARTEDII methodum cum *Linnaeana* coniunxiſſe. Nulla noua genera addidit, praeter vnum *Lepadogaſtri*.

p. 94. p. 114. p. 118. p. 120.

Inſecta antennis ſine dubio grata ab ingratis accurate diſtinguere putat, dubium tamen eſſe concedit, an iſto aërem ſonorum quoque percipiant, an vero ſenſus illis ſit nobis plane incognitus*). Qua ratione Cl. Auctor demonſtrare velit pedes, vbi tantum ſex adſint, ſemper pectori, nunquam abdomini adnexos eſſe, nos latet, cum in plerisque Coleopteris, Hemipteris et Lepidopteris fere ſemper quatuor poſteriores pedes ſint abdominales. Ordines, quos Cl. Auctor habet, ſunt Linnaeani: in apteris tamen diſtinguit ea, quae polypoda ſunt, eaque,

p. 144. p. 174.

*) Cf. quae nuper concinne de hac re expoſuit CHRIST. FRID. LVDWIG in diatribe *de antennis*, Lipſiae 1778. in 8.

eaque, cum caput eorum et truncus ſub vnico ſcuto vnita ſint, *Cruſtacea* nominat, iis tamen ſubiungit *Scolopendram* et *Iulum*, quibus caput a trunco multiarticulato diſcretum eſt. Genera retinuit Linnaeana.

p. 228. Vermium claſſem in quatuor ordines partitur Cl. Auctor: 1. *Inteſtina*. 2. *Fimbriata*, quae *Molluſca* et *Teſtacea* LINN. complectuntur. 3. *Lithophyta*. 4. *Ceratophyta*, quae ſunt *Zoophyta* LINNAEI.

In generaliori adumbratione partium reliquarumque proprietatum, vti quoque in exponendis characteribus genericis laudanda omnino eſt Cl. Auctoris cum breuitate coniuncta perſpicuitas, ordo atque completa rerum notatu dignarum enarratio, mereturque hic liber inter optima compendia referri; etſi fatendum eſt, ab eo, quo prodiit, tempore multa denuo noua corpora eſſe detecta, quorum hic nulla fieri potuit mentio.

XVIII.

IOANNIS ANTONII SCOPOLI annus IV. et V. hiſtorico-naturalis. Lipſiae, ſumtibus Chriſt. Gottl. Hilſcheri, MDCCLXX—LXXII. 8. plag. 18½ tab. aen. 2.

Diligentiſſimi atque in obſeruandi arte magni Auctoris conſilium, quod in his annis ſibi propoſuit, alio loco *) indicauimus: iam, cum hos, qui vltimi ſunt, annos recenſeamus, iuuat referre, Cl. Auctorem eadem ratione, qua adhuc fecit, obſervata ſua edere, mutato tantum libri titulo, qui nunc hic eſt: *diſſertationes ad ſcientiam naturalem pertinentes*, de quibus quidem paulo poſt dicemus. Sunt
ann. IV. vero in anno quarto hae contentae diſſertationes:

1. *de*

*) Comm. noſtr. ſecundae dec. Suppl. II. p. 251.

1. *de apibus*, in qua quidem *Apis* LINN. in tria genera, pro diuerſa oris fabrica, diuiditur.

Gen. 1. *Eucera.* Inſectum tetrapterum, aculeatum; proboſcide facta *a*) ſiphunculo medio, attenuato; *b*) ſetulis binis, margine glabris, ſiphunculo breuioribus; *c*) valuis duabus conuergentibus, acuminatis glabris; *d*) laminis binis, dicta organa protegentibus, baſi coarctatis, ibique palpum ſetaceum e latere educentibus. Pertinet huc *Apis longicornis* LINN. *Apis farfariſequa* Entom. Carniol. n. 800. et noua *Eucera curuicornis.*

Gen. 2. *Apis.* Inſectum tetrapterum, aculeatum, proboſcide facta 1) ſiphunculo medio; 2. valvis binis, ſiphunculo breuioribus; 3. laminis binis palpigeris. Nouae ſpecies ſunt *Apis faſciata*, tota rufa, abdomine faſciis 4–5 nigris. *Apis muſciformis*, tota nigra, oculis flauis, per ſiccitatem albidis, vnguibus binis. *Apis luctuoſa*, nigra; maculae albae, vtrinque vna ad poſticos thoracis angulos, quatuor vtrinque ad latera abdominis, vna ad originem tibiae ſingulae. *Apis degener*, antennis nigris, alarum anticarum longitudine. *Apis veſpiformis*, abdomine faſciis flauis interruptis, pedibus flauis. Statura *Apis longicornis*. *Apis agiliſſima*, tota nigra, fronte et thorace albido villo pubeſcentibus; abdomine oblongo, lucido. *Apis fuliginoſa*, abdomine ſubrotundo, ſegmentis margine flaueſcentibus, alis fuliginoſis. Prioribus minor et tota nigra.

Gen. 3. *Nomada.* Inſectum tetrapterum, aculeatum; proboſcide facta, 1. ſiphunculo, et 2. valvis binis ſub apice palpigeris. Pertinet huc *Apis riparia.* Ent. Carn. 802. Reliquae ſpecies nouae ſunt: *Nomada ſuccincta*, abdomine elliptico, baſi rufo. *Nomada ſqualida*, nigra, puncto nigro in medio marginis alarum anticarum. *Nomada rufeſcens*, abdominis elliptici, nigri ſegmentis margine albis.

Nomada

Nomada ruficornis, antennis, ore, abdomine, pedumque articulis mediis et vltimis rufis. *Nomada ranunculi*, nigra, abdominis ſegmentis margine vtrinque rufis. *Nomada naſuta*, abdomine oblongo, maxillis porrectis, obtuſis. *Apem praecocem*, Ent. carn. n. 804. bis nominatam reperimus, et ſub genere *Apis*, et *Nomadae*.

Praeterea methodum exponit, qua in Ducatu Carnioliae ceriferae coluntur apes, vbi, quae in botanicis excurſionibus paſſim vidit et adnotauit fide-
p. 21. liter enarrat. In Carniolia interiore minori cum lucro et infelicius ac alibi coluntur apes. In diſtrictu Vipparienſi ex binis aluearibus ſeptem et octo examina intra annum prodeunt: nam calidior temperies et nectariferi flores his inſectis fauent. In Alpeſtribus Carnioliae locis apes minorem mellis copiam, examina vero plura ſuppeditant: e contra in planiore eiusdem parte maiorem cerae ac mellis copiam largiuntur, familias minus propagant. Lectu vtiles etiam ſunt obſeruationes de examinibus nouis naturalibus et artificialibus. Aegritudines apum praecipuae ſunt putredo contagioſa, et alui fluxus, quibus ſua medicamina praeſcribit Cl. Auctor.

II. *Dubia botanica*. Cl. Auctor hic iudicat de ſyſtematibus botanicis praecipuis, ac de arbitriis Auctorum non paucis, quae naturae minime ſunt conſentanea: ideo, vt eruditi excitentur ad amoenum botanices ſtudium vlterius poliendum. Dubia itaque mouet circa claſſes, genera et ſpecies plantarum a Botanicis, inde a TOURNEFORTIO ad ADANSONUM vſque, conſtituta, et eas aberrationes praecipue vrget, vbi a legibus, a ſemetipſis datis, receſſerunt. Deinde quoque nomina, ſynonyma, et terminos diiudicat. Oſtendunt ſane haec dubia difficul-

difficultatem rei, et acumen ingenii, quod Cl. Auctor ei impendit. Vt itaque genera naturalia rite conficiantur, ſuadet, obſeruare plantas a primo germinationis momento, ad perfectam ſeminis maturitatem atque ex his characteres eruere. Diuidendas igitur exiſtimat ſtirpes in Tribus, Gentes, Familias, Cohortes, Genera, Ordines et Species. Genera naturalia conſtituenda, eaque ex ſtructura, ſitu et proportione partium floris ac fructus demonſtrari ait: idque exemplis illuſtrat, ſic e. g. ad vnum Alſines genus naturale pertinere putat, *Alſinem*, *Arenariam*, *Spergulam*, *Holoſteum*, *Saginam*, *Moehringiam* et *Stellariam*, et characteres generis naturalis conſtitui 1. radice fibroſa, gemmipara; 2. foliis oppoſitis, integris; 3. calicis foliolis caducis tot, quot petala; 4. proportione partium floris et fructus arithmetica inaequali; 5. ſtylis paucioribus, quam petala, nec pluribus, quam valuae fructus; 6. capſula vniloculari, polyſperma; 7. ſeminibus ſubrotundis; 8. et quod pecoribus gratiſſimum pabulum praebeant. Nomina triuialia Cl. Auctori non videntur neceſſaria. In definitionibus ſpecierum characteres naturales et faciles tradantur.

III. *Obſeruationes oeconomicae*, 1. *de lue epidemica Mori albae*. A. 1761. in valle Auſſugii, comitatus Tyrolenſis, et deinde quoque aliis vicinis in locis mori peſtifera lue infeſtabantur: ramus enim terminalis primum, dein alii, denique truncus exſiccabantur, corticis pars aliqua, vel tota eiusdem ſubſtantia ab emortuo ligno ſeparabatur, in adultis arboribus facillime, in iunioribus autem difficilius: et abſciſſi rami tam aegrarum, quam beneualentium, plorabant humorem; hae tamen minus, quam illae. Omnes hoc malo peribant: minus tamen huic malo obnoxiae erant annoſiores p. 115.

 et

et eae arbores, quae in hortis circa domos et ſterquilinia habitabant. Cauſa huius morbi videtur Cl. Auctori a peculiari et plantis hiſce inprimis aduerſa aëris conſtitutione pendere, quae non ſolum nutritios ſuccos deprauat; ſed etiam peſtiferum virus, inde exhalans, ſecum abripit, diffundit, ſicque luem eodem modo propagat, ac in contagioſis animalium affectionibus fieri ſolet.

p. 118. Princeps remedium fuit truncatio ramorum infectorum, vel omnium ad truncum vſque, vel etiam trunci ad medium vſque. Sic e parte reſidua abſciſſi trunci noui rami altero anno prodierunt.

p. 120. Obſerv. 2. *de cultura Mori albae in Comitatus Tyrolenſis ea parte, quae Italiae finitima.* Vel taleis, quae methodus obſoleuit, vel ſemine propagatur.

p. 124. Obſ. 3. *tabula oſtendens vſum oeconomicum, phyſicum, chymicum, lignorum quorundam indigenorum, ex tempore gemmationis, foliationis, floreſcentiae, fructificationis et analyſi chemica.* Hac ratione diſquiſiuit Acer campeſtre, Berberidem racemoſam, Cornum maſculam et ſanguinalem, Corylum auellanam, Crataegum oxyacantham, Euonymum vulgarem, Fraxinum apetalam, Iuniperum communem, Pinum Abietem, Laricem, Piceam, Silueſtrem: Populum tremulam. Prunum Ceraſum, domeſticam: Pyrum Pomum: Quercum Robur: Roſam caninam: Salicem purpuream: Sambucum nigram: Tiliam Europaeam: Viſcum album. Vitem Labruſcam. E. g. *Crataegi Oxyacanthae* rationem hic proponamus. *Gemmatio* April. 16. *Foliatio* Maio 10. *Floreſcentia* 18 Maio. *Fructificatio* 16 Septembri: *Aqua* ex ℥vj. ligni, ℥$3\frac{1}{2}$ ʒj. gr. 55. *Oleum* ʒjjj. gr. 5. *Cinis ex ligno* ʒj$\frac{1}{2}$. *Cinis ex Carbone* ʒj. *Carbo* ʒj$\frac{1}{2}$. *Sal* ex Carbone in igne aperto gr. 3. Sal ex Carbone in igne clauſo, nullum. *Laccae color* nigri-

nigricans: *Quantitas* gr. 50. *Terrae conditio optima* humosa calcarea.

Obs. 4. *de propagatione syluarum*, quae fit p. 126. 1. serendo nouas arbores vel natura, vel arte: 2. parcendo lignis, pluribusque vsibus substituendo carbones fossiles vel turfam. 3. euitando omnia, quae syluae culturam regularem impediunt. Plura bona ex sua ipsius experientia profert Cl. Auctor.

Obs. 5. *de Agricultura Carnioliae.* p. 132.

Obs. 6. *de Pascuis communibus.* p. 135.

Obs. 7. *de vario robore Abietini ligni.* Trium p. 138. arborum pondera inter se comparat, atque inde elicit, lignum prope corticem debilius esse ac in medio: et prope medullam eiusque fibras medullae proximas fortiores esse illis, quae in circumferentia locatae sunt. Id ipsum eo fortius esse, quo annosius et e contra. Iunioris ligni fibras superficiales de suo pondere plus dato tempore amittere, quam medias, et has plus, quam vicinas medullae.

Obs. 8. *Miscellanea.* Rubigo s. Carbo tritici p. 140. praecauetur, si triticum in campo bene maturum et siccum factum, glumis excussum, lauatur putrido sterquilinii humore, iterum siccatur et reseruatur. Radix *Verbasci nigri* in Carniolia est princeps remedium ad inflammationem pulmonum in bobus. Vsum radicis *Valerianae Phu* in epilepsia et *Lichenis Islandici* in phthysi iterum commendat. De cultura vitis in agro Vippacensi ducatus Carnioliae.

IV. *Fungi quidam rariores in Hungaria detecti.* p. 144. 1. *Valsa* (ADANS. famil. plant. p. 9.) *Coralloides*: est fruticulus coriaceus, planus, diuisus in ramos inaequales acuminatos. Habitu *Vsneis* affinis. Tab. I. f. 1. 2. *Tremella saxatilis*, rotundata, sessilis, compressa, flauo polline adspersa. Tab. I. f. 2.

 3. *Aga-*

3. *Agaricus pubescens*, pileo campaniformi, albo, ſtriato, puluerulento, apice villoſulo. tab. 1. f. 3. 4. *Agar. decipiens*, lacteſcens, lacte inſipido, pauco, lamellas inter et carnem, lamellis ac ſtipite pallide rufeſcentibus. 5. *A. Pannonicus*, pileo rubro flauo, non verrucoſo nec ſtriato: lamellis albis, ſtipite annulato, pileo concolore. 6. *A. murinus*, pileo conuexo, murino, non ſtriato: lamellis cum ſtipite flaueſcentibus, ſtipite nudo breui. 7. *A. crenulatus*, pileo plicato, plicis crenulatis, viſcido centro depreſſo: lamellis cum nudo et breui ſtipite flauis. 8. *A. Aethiops*, pileo nigro, plano rugoſo, lamellis albis, ſtipite breui, albo nigro. 9. *Agar. Miia*, horizontalis albus, ſuperne hirſutulus: tab. 1. f. 4. 10. *Boletus ſtrobilaceus*, nigricans, pileo ſquamoſo. t. 1. f. 5. 11. *Bol. aſbeſtinus*, carne rufa, 3–4 digitos transuerſos craſſa, facta fibris intricatis. 12. *B. ſutorius*, albus, glaber, porulis tenuiſſimis. 13. *B. mucidus*, flaueſcens, glaber, polline albo, mucoriformi adſperſus. Tres poſteriores paraſitici perennes. 14. *Eluela fimetaria*, cinerea, aggregata, fimo innaſcens. tab. 1. f. 6. 15. *Elv. lichenoides*, alba, glabra, conuexa, t. 1. f. 7. 16. *E. fungiformis*, albida, petiolata. t. 1. f. 8. 17. *E. cyathiformis*, flaua, ſeſſilis, ſubtus albida et hirſuta: t. 1. f. 9. 18. *Clauaria brachyorrhiza*, ſimplex, aggregata, flaua, longe radicata: t. 1. f. 10. 19. *Martella* (ADANS. *P. II. p.* 5.) *echinus*, craſſo, diuergenteque ſtipite, terminato aculeis longis, rectis, fiſtuloſis. 20. *Mucor Lycoperdoides*, gregarius, ſeſſilis, fugax, oblongus, fuſcus. tab. 1. f. 11. in cortice arborum. 21. *Mucor cupreſſiformis*, lineam longus, breuiſſime petiolatus, in denſam ſiluam congeſtus et erectus: tab. 1. f. 12. in cortice pruni. 22. *Lycoperdon carpoboloides*,

loides, ruber, exiguus, fouens veſiculam albam: pollinem explodit, non nucleum, vt *Carpobolus.*

Anno quinto continentur Ann. V.

I. *Emendationes et additamenta* ad ann. hiſt. nat. I. II. III. IV. Spectant primo ad aues; et quidem quasdam *Falconis* ſpecies diligentius deſcribit et a confinibus diſtinguit. *Coracias garrula* et *Emberiza hortulana* in Hungaria non rarae. *Hirundinem apum* LINN. proprium genus conſtituere putat, propter morum, ſtructurae, roſtri, pedum et nidificationis diuerſitatem.

II. *Tentamen mineralogicum IV de minera argenti alba*: Germ. *Weißgültigerz.* In fodinis Cremnizenſibus minime rara eſt, inhaerens quarzo albido et ſubopaco ita, vt minerae Cremnizenſes a Schemnizenſibus aliisque ex eo facile dignoſcantur. Minera haec ibi quoque cryſtalliſata occurrit, cryſtallis figurae irregularis, vel polyëdrae apice obtuſae. Non ibi occurrit in maſſulis maioribus, ſed ſemper quarzo inſperſa. Colore mineram cupri cineream aemulatur, (nam prorſus eodem colore eam vix dixerimus; eſt enim paullo dilucidior); nitore tamen maiore, et textura ſquamulis minimis coadunata differt. p. 15.

Separata hac minera ab aliis, ei adhaerentibus foſſilibus, et in pollinem ſubnigrum micaceum redacta, plurium dierum labore abluta, in ſex partes diuiſa eſt. 1. terra partim griſea, partim fuſca, depoſita ab aqua, parti 2. et 3. ſupernatante. 2. pulvis hepatico ruber. 3. puluis colore molybdaenae aquam rubello colore inficiens. 4. ſquamulae lucidae aquae ſupernatantes. 5. quarzum et leue al-

 bum,

bum, et grauius subrubens. 6. portio grauissima, squamulis nitentibus et exiguis constans.

Terra (no. 1) saporem salinum habuit, acutum. Docimastice deinde examinauit reliquas partes, in retorta disquisiuit, et cum salibus fudit: atque inde probat, partes constitutiuas huius minerae esse cuprum, antimonium, argentum, ferrum, arsenicum, sulphur et auri parum, quod non minerae, sed quarzo inhaeret. Quae principia cum etiam in *minera cupri nigra* sint; has duas in eo tantum differre ait, vt in minera argenti alba maior copia argenti reperiatur: nos tamen *mineram argenti albam*, quae in fodinis Saxonicis reperitur, aliis etiam proprietatibus, differre opinamur, et forte ipsa, quam disquisiuit Cl. Auctor minera, potius cum *minera argenti grisea* (*Silberfahlerz*) nostratium vna est eademque.

P. 31. III. *Tentamen mineralogicum V. de sulphure.* Cl. Auctor nulla arte promissam a chemicis acidi copiam ex sulphure obtinuit. Semper prodiit vapor albus, qui aqua exceptus dedit liquorem acidulum: hic euaporatus vix centesimam partem acidi vitriolici et substantiam albam, siccam salinam reliquit. Terram sulphuris alcalinam esse putat, quae ob acidum inhaerens facile vitrescit. Plures combinationes sulphuris et varia experimenta Cl. Auctor narrat: quae cum omnia hic exponi nequeant, corollaria nonnulla hic tantum commemoremus. 1. Cum sulphur constet acido vitriolico, substantia inflammabili et terra sponte in igne vitrescente, non mirum, metalla omnia ab eo perpetuo comitari, imo id ipsum ex parte aliqua in metallum mutari posse. 2. Solus ignis non diuidit sulphur in has partes. 3. Flores sulphuris non sunt sulphur depuratum. 4. Ex cinnabari mixta cum spiritu salis obtinetur sal ammoniacum; ex sulphure et

et vitriolo martis, pyrites: e ſulphure et terra aluminis, acido ſalis et ſale ammoniaco digeſtis et iterum iterumque ſublimatis tandem mercurius oritur: ſi ſulphur antimonio, cupro, plumbo, et argento vniuntur, minerae horum metallorum naſcuntur. 5. Productio metalli nobilis ex rebus, quae nihil tale fouent. non eſt imaginaria. 6. Cum calx viua. aëri diu expoſita, perfectum ſpiritum volatilem ſulphuris cum ſale ammoniaco et ſulphure largitur, lapis calcareus non item; ſequitur inde calcem viuam non mutari in aëre libero in lapidem calcareum, et hunc ipſum acquirere in igne dotes, quae non pendent ab aëre inde expulſo. 7 Cum wiſmutho dat mineram ſtriatam, colore antimonii, et filamenta eadem, vt regulus antimonii cum ſulphure: vnde affinitas antimonii et wiſmuthi euidens eſt; et cum antimonio aliquid ſublimati rubri obtinetur: vnde certum eſt, colorem rubrum minerae antimonii a ſolo ſulphure produci poſſe. 8. Spiritus ſulphuris communicat ſulphuream ſuam partem hydrargyro, ſicque cinnabarin componit, remanente in aqueo humore ſpiritu alcalino volatili, qui cum cupro ſolutionem dat coeruleam. 9. Cum metallorum particulae vniri denuo poſſint ope ſulphuris in vnam ſolidam maſſam: non mirum eſt, terras pyriticoſas, quibus cuniculi ſubterranei replentur, imo et ſcorias ſub dio concreſcere ſenſim, et ſolidari in lapidem duriſſimum, ſicque ex terris mineras et ſaxa produci. 10. Errarunt, qui abſque omni diſtinctione dixerunt, calces metallicas a ſulphure non ſolui. 11. Sulphur non aggreditur aurum, nec zincum, nec eius calcem; hinc nullae minerae horum metallorum, vt quidam putant. (Nobis hoc de zinco haud valere videtur.) 12. Paradoxa quoque eſt auri mineraliſatio a metallis ſulphuratis.

p. 53. IV. *De Pseudogalena Schemnitzensi:* quae in latissima, et vltra 2000 orgyas a meridionali plaga septentrionem versus extensa vena plumbaria Schemnizensi, *Spittalergang* dicta, passim occurrit, galenae, pyriti, quarzo, sinopi, spato autem rarius inhaerens: quibuscum absque ordine mixta, saepius amorpha, squamosa, nitens, et colore fuscescente quidem, sed ad flauum admodum tendente tincta est. Reperitur crystallisata 1. crystallis subrotundis, pyramide tetragona. 2. apice truncatis et planis pluribus subaequalibus. 3. subtriquetris, non truncatis, angulo vno alioque obtuso. 4. perfecte trigonis et acuminatis. — Optaremus paullo curatiores harum crystallorum descriptiones. Ex experimentis hic enarratis, colligit partes constitutiuas huius pseudogalenae esse terram ferriferam, sulphur, terram alcalinam et metallicam zinci. Arsenicum, cuius meminit Cl. GELLERT, nondum vidit: et zincum CRONSTEDTII mineralisatum omnino paradoxum esse ait.

p. 59. Pergit in hoc tentamine *de Auripigmento* agere. Inuentum est argillae cinereae inhaerens in *Comitatu Soliensi* prope *Tagoban* non procul a *Neusolio*, constans particulis micantibus, vel massulas amorphas, vel exiguas crystallos constituentibus, colore vel flauo, vel rubro. Argillae huius vnciae duae ablutae dederunt auripigmenti drachmas IV et grana XXXII: cum quarzi fragmentis immixtis. Fossilis huius cum adhaerente terra libra vna ciuilis retortae indita dedit 1) in excipulo humorem aqueum cum pauculo sulphuris: 2) in collo vitri vnciam dimidiam sulphuris rubri. 3) Residuum duplex 1) puluerulentum cinereum; 2) flauo cinereum crystallis rubineis adspersum. Residua haec sublimauit Cl. Auctor, et cum mercurio sublimato corrosiuo combinauit, et obtinuit sublimatum

tum rubrum et flauum: quod cum hydrargyro tritum in igne iterum dedit ſublimatum fuſco rubrum, cinabarinum. Colligit ex his arſenicum non tam facile ſeparari a ſulphure, nec ope mercurii ab eo penitus diuelli. Arſenici cryſtalli albae opacae, ſemper trigonam et tripteram pyramidem referunt, et quum haec figura alumini propria, quaerit: an etiam cryſtallorum arſenicalium determinata pendeat a terra alcalina aluminoſa?

Reſiduum, poſt ſublimationem auripigmenti cum hydrargyro, vitreum ac rubrum cum mercurio tritum facile cum eo vniebatur in amalgama, quod negat BRANDT in *Act. Holm.* II. 1735. p. 6. Amalgamatis huius librae docimaſticae 1388, retortae inditae, dederunt in igne ſublimati fuſco rubri ℔. 888: Hydrargyri ℔. 551. reſidui atro griſei ℔. 4. Hinc augmentum ℔. 55. Id quod Cl. Auctori mirabile videtur, cum abſque vlla ignis actione natum ſit.

Subiungit *obſeruationes metallurgicas*: quarum quasdam tantum commemorare licet. Wiſmuthum, cum borace fuſum, aliquam acquirit malleabilitatem: malleabile cum alcali fixo liquatum fit idem metallum: hinc fragilitas metalli non a ſola inopia principii inflammabilis, ſed et ab acido peregrino eidem immixto proficiſcitur. p. 62.

Acida mineralia depuratiſſima, nempe vitriolicum, nitroſum, muriaticum, et ſpiritus ſulphuris volatilis, aequali copia ſimul et caute mixta cum ſubſtantia ſicca, quae praeuia diuturna digeſtione, cum ſpiritu ſalis relicta fuit in fundo retortae poſt expulſum omne fluidum ex ſulphuris ℥ß, fuliginis ℥jv, terrae aluminis ʒj. dant repetita deſtillatione liquorem aquei coloris, odore amygdalarum amararum. Liquor hic deponit ſedimentum, quod p. 64.

 doci-

docimaſtice et leniſſimo igne examinatum, dat aurum et argentum. Idem omnia ſoluit metalla.

p. 69. Si vaſi vitreo, ſaturata ſolutione tartari vitriolati pleno, imponitur cucurbita vitrea, in qua hydrargyrum, cum acidis nitri, ſalis, et vitrioli ſimul mixtis, repoſitā fuerit ita, vt fundus cucurbitae immerſus ſit intra liquorem vaſis inferioris: corroditur ſenſim hydrargyrum in pollinem album; poſt dies aliquot apparet ſubſtantia alba, ſalina, externae ſuperficiei vitri ſuperioris, liquido immerſae adhaerens; quae ſenſim filamenta protrudit et eo elongat, donec fundum inferioris vaſis attigerit: e quo pariter materies ſalina iisdem filis exſurgit. Probat haec obſeruatio, vitrum non eſſe impenetrabile: ac acida mineralia tam ſola, quam metallis vnita valde ſeſe attrahere et duriſſima corpora penetrare. Vnde multa in chemicis phaenomena, ipſaque metallorum geneſis pulchre illuſtratur.

p. 70. V. *Obſeruationes zoologicae.* Et ex his quasdam ſolum ſeligamus. Primo monſtroſa oris et labii ſuperioris fabrica, in infante obſeruata deſcribitur. *Mus marmotta* et *Sciurus glis* LINN. ad idem genus Cl. Auctori pertinere videntur. Anatomia breuis
p. 72. *Cerui damae. Aſini* varietas *rufa* caret cruce dorſali; ſed os et abdomen ſubtus ſemper albicant.

Proteus anguinus LAVRENTI etiam Cl. Auctori ſingulare genus videtur. Sequuntur deſcriptiones 100 inſectorum. Nos ea nominabimus, quae Vngariae indigena ſunt.

Lucanus tenebrioides, capite et thorace antice tridentato, capite terminato, cornu ſimplici, erecto, curuo. An idem cum *Scarabaeo cylindrico* LINN.?

Lucanus ſcarabaeoides, ſtatura prioris, fuſcus, elytris ſtriatis, non punctatis, tibiis anticis tridentatis.

Scara-

Scarabaeus cunicularis, ſimillimus *S. ſolſtitiali*, ſed duplo minor, elytris non plicatis.

Scarab. holoſericeus, minor *S. vacca;* maior *fimetario:* elytris fuſco rubris, ſtriatis, pubeſcentibus.

Scar. armiger, teſtaceus, thorace quadriſpinoſo, ſpina capitis, hoc ipſo longiore.

Laria quadrimaculata, nigricans, ouata, thorace maculis 4 rufis.

Dermeſtes punctatus, niger, elytro ſingulo punctis octo albis.

Dermeſtes ſpinipes, niger, ouatus, femoribus rufis, ſpinoſis.

Derm. puluinatus, thorace ſubrotundo, puluinato, elytris rufis, marginibus lineaque media longitudinali nigris.

Derm. lepturoides, rufus, thoracis lateribus parallelis, marginatis, elytris ſtriatis.

Derm. rufipes, oblongus, niger, nitens, antennarum clauis, palpis pedibusque rufis.

Derm. faſciatus, oblongus, niger, elytris caſtaneis, faſcia nigra.

Derm. Silphoides, oblongus, niger, elytris ſtriatis, ſeriebus binis, punctorum impreſſorum intra ſingulas lineas.

Ptinus Pannonicus, fuſco rufus, pedibus rufis, ſubpellucidis, nitidis.

Curculio pellucens, flauicans, oculis et roſtri apice nigris; muticus, longiroſtris, alatus, paruus.

Curc. variegatus, nigro alboque varius, villoſus, roſtrum breuiſſimum craſſum, femoribus muticis.

Attelabus Hungaricus, niger, thorace hirſuto, elytro ſingulo faſciis duabus flauis, punctisque totidem flauis, vno ad baſin, alio ad apicem.

Caſſida

Caſſida 24punctata, rubra, elytro ſingulo punctis 12, et macula nigra: ſubtus nigra.

Cantharis craſſicornis, fuſco rufa, elytris margine pallidioribus, antennae articulis 10 craſſiuſculis.

Cerambyx puluerulentus, antennis breuibus, elytris macula punctis duobus nigris coniugatis, caeterum ferrugineo polline adſperſis.

Stenocorus lucidus, niger, elytris fuſco caſtaneis, lucidis.

St. rufus, niger, thorace villoſo, antennis rufis.

St. fuliginoſus, totus ater, opacus, antennis mediocribus.

St. calcaratus, totus nigro violaceus, femoribus rufis, poſticis dente inſtructis.

St. caraboides, totus rufus, elytris atro violaceis.

Prionus ater, totus niger, elytris truncatis, antennis mediocribus.

Pr. bracatus, niger, antennis pedibusque rufis, femoribus poſticis craſſis, ſpina armatis.

Pr. tenuis, niger, nitens, elytris attenuatis, antennis mediocribus.

Leptura 8punctata, viridi coeruleſcens, oculis, punctisque in ſingulo elytro 4 nigris.

Lept. bilineata, fuſco nigricans, thorace lineis binis elytrorumque punctis ſparſis flaueſcentibus.

Lept. coerulea, tibiis anticis rufis.

Lept. ſquallida, nigra, elytris baſi et margine interiore teſtaceis.

Meloe dorſo rufo, nitido, coeruleus, alatus.

Meloe niger, capite rufo.

Mordella Hungarica, viridiſſima, ſubtus, fronte et thoracis lateribus aurato rubris.

Mordella

Mordella nebulofa, fupra nigra, fubtus albicans; elytris albidis, tenuiffimis ftriis et punctis nebulofa.

Bupreftis teftacea, atra aurato virens, elytris teftaceis. an *Chryfomela tridentata* LINN.?

B. rubra, fupra rubra, fubtus nigra, capite nigro, thorace nitente.

B. rufipes, nigra nitens; capite pedibusque rufis.

B. linea, nigra, nitens, elytris flauis, linea media longitudinali.

B. bimaculata, nigra nitens, elytro fingulo maculis duabus, capite punctis totidem flauis.

B. dorfo rufo, atro coerulea.

B. marginata, elytra in medio nigra, circumcirca rufa.

B. nigra, elytris ftriatim punctatis.

B. capite rufo, nigra nitens: capite pedibusque anticis rufis.

B. aenea tota.

Coccinella dubia, rotundata, elytris ftriatis fufcis, margine rufefcentibus: thorace in latere extenfo et quafi alato.

C. fpuria, viridi nitens, elytris rubris.

Tenebrio agricola, rufefcens, thorace capiteque nigris.

Tenebrio montanus, totus ater, alatus, elytris opacis.

Carabus rufefcens, fufco rufus, paruus, elytris ftriatis.

Car. lucidus, niger, nitens, paruus, elytris pedibusque teftaceis.

Staphylinus foffor, fufco rufus, elytris apice pedibusque rufis.

St. fubterraneus, coerulefcens villofus, tarfis rufis.

Cicada

Cicada montana, mannifera, duplo minor C. *Orni*, abdominis ſegmentis, margine rubellis.

Phalaena Idrienſis, alae anticae fuſco flauae, maculis luteis marginalibus: poſticae luteae maculis nigris: ambae ſubtus concolores, flauae, nigro maculatae et faſciatae.

Ph. ochracea, vix minor *P. quadra*, vtrinque flaua: alis anticis ſupra punctis nigris multis; poſticae vtrinque vno ſubmarginali.

Ph. Geometra trilineata, alis concoloribus flavis, rotundatis: alae anticae tribus, poſticae binis, ambae ſubtus duabus lineis transuerſis faſciatae.

Phal. Geom. trifaſciata, alis rotundatis, concoloribus, flauis, omnibus tribus faſciis vtrinque, ſuperne obſcurioribus, inferne fuſcis.

Ph. tortrix Revayana, alis ſuperioribus glauco virentibus, margine exteriore notabiliter curuo.

Ph. tortr. Schiffermülleriana, parua, alis cinereo murinoque variis.

Ph. tortr. Hochenwartiana, alis anticis fuſcis, macula magna, lunata, communi, media.

Ph. tortr. Cruciana, alis anticis flauis, ſingula cruce ferruginea.

Ph. tortr. cingulana, parua, murina, faſcia alba ſupra baſin.

Ph. pyralis luteolaris, pallide lutea, palpis thorace longioribus, adſcendentibus.

Ph. tinea de Bornella, antennis longiſſimis; alarum anticarum lineis aureis nigrisque, et faſcia aurea, violaceo margine moeniata.

Ph. tinea Gronoviella, alis nigris, punctis aureo argenteis 8-9, marginalibus tribus maioribus.

Ph. Vandelliela, alae anticae aureae; linea media violacea; faſcia verſus baſin argentea, violaceo marginata.

Libel-

Libellula aurea, alis patentibus, baſi, maculaque media flauis; abdomine ſupra aurato.

Ichneumon phalli, niger, palpis pedibusque rufis, aculeo antennis minime annulatis aequali.

Sphex hemiptera, alis fuſcis, margine exteriore infra medium ferrugineo: anticis eodem loco coleoptratis.

Chryſis Hungarica, capite, thorace, abdominis baſi, et marginibus ſegmentorum aliorum viridibus. Faſcia thoracis et ſegmentis duobus abdominis poſticis ignito auratis.

Veſpa pacicephala, capite craſſo, nucha excavata: thorace antice punctis flauis binis, ſcutello puncto vnico pariter flauo: abdomine faſciis 5 flavis: 2 – 3 interruptis.

V. pteropoda, nigra, abdomine lucido, faſciis 6 flavis, poſtice tribus interruptis, femoribus antice, potiſſimum manubus eorum, vno latere ala albida ſubdiaphana auctis.

Muſca cornuta, nobilis, flaueſcens, cornubus binis tres ramulos nigros e ſuperiore latere educentibus: alis hyalinis fuſco maculatis.

Bombylius minimus, antennarum articulo inferiore, ſuperiorem aequante.

Hippoboſca Strigis, abdomine emarginato, coeruleo: maior *H. Equina*.

Aranea BRVNNICHII, abdomine faſciis flauis nigrisque vario.

Aranea SEBAE, attenta; abdomine ouato, nitente fuſco; ſubtus linea albo lutea marginali.

Omittimus *Pediculi* ſpecies, quas in variis auibus animaduertit Cl. Auctor.

Lumbricos teretes, humanum genus infeſtantes duplices eſſe ait *Lumbricum terreſtrem*, et *Aſcarim lumbricoidem*. Deinde nouum *Vermis* genus deſcribit, quod *Globus* dicitur: molluſcum, corpore p. 126.

pore rotundo, de loco immobile, lateribus alterne exſertis ſe mouens: apertura ſeu poro in apice exſerti lateris manifeſto. In ſtercore Gallinae habitat. Eſt albus, ſtatura naturali exiguum aciculae capitulum aequante.

Sepiarum differentias denique certiores ex ore et auriculis deſumi poſſe arbitratur.

Subnectimus huic libro ſequentem, qui tanquam continuatio prioris a Cl. Auctore editus eſt.

XIX.

EIVSDEM diſſertationes ad ſcientiam naturalem pertinentes Pars I. Pragae. Sumtibus Wolfgangi Gerle. MDCCLXXII. plagg. 8. in 8. tabb. aen. 46.

Exhibet haec pars

1. Schemata metallorum, in qua genuinam mineraliſationis ideam proponit, quae in re docimaſtica magno vſui eſſe poſſit. Secundum quam metalla ſunt 1. *perfecta ſ. natiua*, quae in forma regulina in loco natali et in ipſa matrice deliteſcunt; ſicque absque additamento, ſolo igne, vel lotione ita extrahi poſſunt, prout adhiberi ſolent. Sic reperitur ſemper *wismuthum*, et *platina*: ſaepius *aurum*, *hydrargyrum*, *argentum* et *arſenicum*; Non admittit *cuprum* et *ferrum* natiua, quae tamen recentioribus obſeruationibus demonſtrata eſſe videntur.

2. *Laruata*, quae in loco natali perfecta ſunt et natiua; ſed peregrino corpore ita inuoluta, vt abſque congruo additamento et igne, hac veſte exui et pura extrahi inde nequirent. In hoc ſtatu reperitur *hydrargyrum* in cinnabari: *argentum* omne

omne, quod nudum non eſt: *aurum*, quod pyritibus quibusdam in Transſyluania et minerae Nagyagenſi ineſt.

3. *mineraliſata*, quae a ſulphure minerali non ſuperficialiter obducta, ſed cum eo intime et ita coniuncta ſunt, vt, eo diſſipato, non metallum perfectum, ſed calx metallica ſola ſuperſit. Ad mineraliſationem itaque omnino requiritur ſolutio metalli, quare non bene metalla aliis metallis mineraliſata dicuntur. Genuinae minerae ſunt *arſenici*, in auripigmento, *ſtibii*, *ferri*, in pyrite, *cupri*, *plumbi*, in galena, et *ſtanni*, in cryſtalliſato ſtanno. p. 15.

4. *calciformia*, ſi ſimplex terra metallica nullo ſulphuris mineralis conſortio ſtipata eſt. Sic perpetuo *zincum*, ſaepius *ferrum*, non raro *cuprum*, rarius vero *plumbum* et *arſenicum* inuenitur. p. 19.

II. *De minera argenti rubra.* Synonymis, varietatibus, patriaque expoſitis, analyſin huius minerae et ſyntheſin tradit, atque inde partes conſtitutiuas eidem eſſe has colligit: 1. argenti, et quidem laruati, dimidia pars, vel paullo plus. 2. ſulphur non paucum; copioſius certe 3. arſenico. 4. ferrum calciforme, et 5. alcalinae terrae parua portio. Antimonium eidem non ineſt, neque aurum inhaeret argento, ſed terrae, quibus indita ſunt vtraque. p. 24.

III. *De ſinopi Hungarica*, Sinopl *dicta*, cuius quidem denominatio ab ea terra, quam veteres *ſinopem* a patria dixerunt, ducta eſſe videtur. Frequens occurrit in venis metallicis Schemnizenſibus *Spitaler* - et *Thereſia - gang*: plerumque coloris he- p. 39.

patici, non raro pallidioris, rarissime carnei. Exstat etiam in *Felsöbanya*, et in fodinis Transsyluaniae, Vermelandiae, *Altenberg* Saxoniae, et *Spänwick* Norvegiae. Sinopin Schemnizensem aqua elauauit, sicque terram separauit excolorem, griseae argillae similem, quae nunquam sterilis obtineri poterat, sed semper aliquid auri, pyritis, aut galenae in se continebat. Igne leni destillata haec terra dedit aqueum liquorem, sublimatum album, et residuum compactum, non adeo rubens, ac ante destillationem. Tentauit deinde terram hanc tam crudam, quam vstulatam sine additamento in igne: atque habitum Sinopis ad terras et lapides calcareos, gypseos, argillaceos et quarzum; ad salia, ad vitrum vulgare, ad acida mineralia, solutionemque in acidis his, ad salia alcalina et calcem, ad sulphur et cinnabarim, aliaque mercurialia examinavit, hicque vberius enarrauit. Postea, vt natura sinopis eo facilius et certius pateret, experimenta cum terris nonnullis, sinopi similibus, instituit, et quidem cum iaspide rubro montis Caluarii, cum terra eiusdem montis rubra, a pluuialibus aquis elota, cum iaspide rubro Bohemico, colore et soliditate sinopi propinquo, et cum argilla rubra
p. 78. Styriaca. Experimentis docimasticis corpora metallica, quae sequuntur, in sinopi contineri apparuit; zincum calciforme, sulphure, terra martiali et partim vitrescibili, partim alcalina, intime mixtum, i. e. pseudogalena, pyrites et ferrum calciforme, minera cupri flaua, galena, argentum et nudum, et sulphure laruatum, et aurum nudum.
p. 81. Ex omnibus colligit Cl. Auctor; terram sinopis Hungaricae non esse indolis alcalinae, sed partim argillosam, partim siliceam, eamque a terra rubra montis Caluarii et argillae Styriacae, sola argillae, terrae vitrescibilis et ferriferae proportione differre:

auri

auri copiam in hoc lapide eo magis decreſcere, quo maiorem ferri quantitatem fouet, et ferriferae terrae copiam eo eſſe maiorem, quo magis idem ad fuſcorubrum colorem accedit: et alia, quae praeſertim ad tractandam docimaſtice ſinopin pertinent. *Iaſpis martialis Altenbergenſis* CRONSTEDTII, quem huc retulit (p. 43) Cl. Auctor, mixtione certe differt a ſinopi Hungarica.

IV. *De Plantis ſubterraneis.* Harum duos ordines conſtituit, quorum prior genera *manifeſta*, alter *obſcura* continet. Generis manifeſti ſunt p. 84.

1. *Mucilago*, capitulo ſeſſili, liquorem viſcidumfouente; ſpec. 2.

2. *Lycogala*, capitulo petiolato, quod carne gelatinoſa repletur. ſpec. 1. *L. Clathroides.*

3. *Stemonitis*, cuius capitulum perſiſtit, medulla celluloſa. ſpec. 2.

4. *Mucor*, capitulo euanido, vna cum ſtipite. ſpec. 1. *M. Mucedo.*

5. *Byſſus*, texturae filamentoſae. ſpec. 7.

6. *Vsnea*, funiculus ramoſus, rigidus. ſpec. 3.

7. *Clauaria*, ſtipes ſimplex, cylindraceus. ſp. 3.

8. *Manina*, ſtipite ramoſo. ſpec. 7.

9. *Sphaeria*, ſtipite ſcrobiculis puluerulentis. *S. Clauata.* *Lichenagarici* MICHELI huc pertinent.

10. *Eluela*, lamina concaua, laeuis. *E. minima.*

11. *Merulius* lamina ſubtus rugoſa aut venoſa. ſpec. 4.

12. *Poria*, Expanſio ſuberoſa, ſubtus poroſa. ſpec. 12.

13. *Boletus*, pileo ſubtus poroſo, ſtipitato. ſpec. 1. *B. ſubterraneus.*

14. *Petrona*, pileo ſeſſili, ſubtus lamelloſo. ſpec. 4.

15. *Agaricus*, cuius pileus e medio ſtipitatus, lamelloſus eſt. ſpec. 11.

Generis obſcuri

1. *Filamentoſae*, ex fibris aggregatae. ſpec. 2.
2. *Coralloideae*, in ramos diſtractae. ſpec. 2.
3. *Foliaceae*, in laminas extenſae. ſpec. 5.
4. *Anomalae*, incertae ſedis. ſpec. 6.

Plurimae ſpecies, ſat bonis figuris depictae traduntur. Praeterea obſeruat Cl. Auctor:

1. indiuidua haec ſubterranea, viciniora Oceani fundo, faciem corralloidem induere. An ergo a lithophytis ſolo loco natali differunt?

2. plurimos hos fungos eſſe perennes, immarceſcibiles.

3. limites inter genera ſtabilita eſſe obſcuros, et fungum ſaepe multis modis variare.

4. In decorticatis arborum truncis hos fungos naſci. Vnde ergo ſemina?

5. Copioſe inprimis poriae et maninae ſpecies ſub terra naſci. Quae ratio phaenomeni?

XX.

EIVSDEM de hydrargyro Idrienſi tentamina phyſico chymico medica, I. de minera hydrargyri. II. de vitriolo Idrienſi. III. de morbis foſſorum hydrargyri, denuo edidit I. C. T. SCHLEGEL, Med. Doct. Ienae et Lipſiae, ap. Ioan. Guil. Hartung. 1771. 8. pagg. 94.

Obſeruationes hic Cl. Auctor circa analyſin minerae mercurialis Idrienſis et vires rerum praecipuarum, quas eaedem fodinae diuiti ſinu fouent, exhibet, prius tamen de locis natalibus breviter quaedam annotat; qua quidem in re nos ad ea Lectores remittimus, quae ex Cl. FERBERI *) libro nuper

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXII. p. 156.

nuper retulimus. Hydrargyrum illic vel petra vestitum, quod *petrosum* vocat, vel purissimum s. *nudum* inuenitur. Prioris praecipuae varietates sunt sequentes p. 12.

1. *Hydrargyrum petrosum, homogeneum, coloris hepatici:* cuius centumpondium hydrargyri lib. 75 habet.

2. *Hydrargyrum petrosum homogeneum micaceum rubrum:* centenarius 77 libras hydrargyri purissimi dare solet.

3. *Hydrargyrum petrosum homogeneum friabile splendens coloris hepatici.* Centen. 76½ lib. continet.

4. *Hydrargyrum petrosum homogeneum lamellatum splendens friabile nigrum.* Centumpondium dat hydrargyri lib. 36.

5. *Hydrargyrum petrosum homogeneum subrubrum argenteo nitore.* Centumpondium continet hydrargyri lib. 64.

6. *Hydrargyrum petrosum homogeneum plumbei fere coloris.* Centumpondium continet hydrargyri lib. 72¼.

7. *Hydrargyrum petrosum homogeneum friabile nigrum tuberculis subrotundis foliaceis nitidis exasperatum. Korallen Erz* dici solet. Centen. lib. ¾ habet hydrargyri.

8. *Hydrargyrum petrosum lamellis cinnaberinis et hydrargyro nudo variegatum.* Centumpondium hydrargyri lib. 50 dat.

9. *Hydrargyrum petrosum album cinnabari rudiore variegatum.* Centenarius lib. 3 hydrargyri continet.

10. *Hydrargyrum petrosum pyritosum album hydrargyro nudo adspersum.* Hydrargyri libras 22 centumpondium fouet. In pyrite nullum hydrargyrum, neque is matrix, sed comes tantum hydrargyri.

Tres posteriores varietates partibus heterogeneis sunt commixtae. Grauitas specifica harum minerarum respondet quantitati hydrargyri. Ex his mineris hydrargyrum prodit natura vnum, quod tamen ratione modi, quo acquiritur, triplex dicitur, 1. *profluens*, quod intra fodinas, dato exitu, sponte exstillat, ita, vt intra octiduum octoginta librae collectae sint: 2. *extractum*, quod e minera viliore trita, aquae ope, ab inutili terra liberatur. 3. *expulsum*, quod per adscensum in fornacibus igne expellitur, modo, quem Cl. FERBERVS *) descripsit. Hydrargyrum grauitate specifica ad aquam esse experimentis effecit Cl. Auctor, vt 13. 509: 1000.

p. 19. Cinnabaris natiua in his fodinis occurrit vel *lamellata*, vel *granulata*, vel *crystallisata*. Lamellata laminis tenuissimis, fragilibus, rutilantibus, nitentibus, paruis constat: atque inhaeret 1. spato vitrescenti lamellato, rhomboidali: 2. hydrargyri varietati octauae. 3. lapidi calcareo. Granulata obscurior, splendoris expers, fit sulphure pauco, et particulis argillaceis inquinato: estque friabilis, spongiosa, rara, variasque spiras gyrosque efformat: reperitur 1. in lapidum fissuris margae argillaceae et spato immixta. 2. in spato crystallino, dodecaëdro. 3. in pyrite amorpho. 4. in hydrargyri varietate nona. Crystallisata cinnabaris constat crystallis sessilibus, rubini colore, arcani duplicati facie, aggregatis solidis pellucidisque. Sunt vel pyramides tetraëdrae, vel prismata tetraëdra saepius polyëdra irregularia formant.

p. 21. Cl. Auctor vsum medicum cinnabaris natiuae non suadet, potius iubet, vt ea prius examinetur, quam adhibeatur: nam non certo constat, an ex sul-

*) v. comm. nostr. Vol. XXII. p. 156.

ſulphure et mercurio ſolis eadem, vti factitia, oriatur, forte arſenici quid ineſt, forte alia quaedam ſubſtantia. *Minium* antiquorum cinnabarim natiuam eſſe ait. Ex dictis, minerae Idrienſis principia conſtitutiua eſſe hydrargyrum, ſulphur et terram argillaceam, apparet.

Subiungit Cl. Auctor breuem hiſtoriam eorum foſſilium, quae nulla hydrargyri particula immixta, in his fodinis occurrunt. Ea ſunt:

I. *Terrae* et quidem 1. terra ferrifera praecipitata rudis. 2. argilla impalpabilis, colore vario. 3. argilla lapideſcens, paraſitica, quae cauis aliorum lapidum innaſcitur. p. 26.

II. *Lapides* et quidem a) Argilloſi. vt 1. ſchiſtus ater ſolidus ſpecularis. 2. ſchiſtus ater friabilis, ſcripturam non admittens. b) Alcalini, nempe 1. calcarius particulis impalpabilibus ſolidis, micantibus, ex quo altiſſimi montes Carnioliae etiam conſtant. 2. calcarius particulis impalpabilibus ſolidis, micaceis, fuſcis: et duae ſtalactitae varietates, quarum prior eſt ramoſa et ſimplex, altera ſolida tuberoſa.

III. *Cryſtalli.* Ex cryſtallis lapideis ſpatoſae tantum occurrunt, et quidem vel priſmaticae hexaëdrae, vel pyramidales, apice triquetrae, vel dodecaëdrae, e planis pentagonis inaequalibus compoſitae, vel polyëdrae. E cryſtallis *pyritoſis* recenſet 1. cubicam, 2. rhomboidalem, quae nobis tamen vix, niſi in pyrite arſenicali, locum habere videtur; et 3. imperfectas ſeu difformes. Addit etiam *cryſtallum ſulphuream aggregatam rubiniformem.* Haec nobis nihil, niſi ſpatum pauxillo cinnabaris penetratum, eſſe videtur.

IV. *Bitumina*, nempe *pix montana friabilis ſolida rudis.* Differt a lithanthrace foetido odore, p. 36.

 noxio

noxio fumo et obſcuriore colore: conſtat oleo bituminoſo, particulis argillaceis iuncto.

p. 40. Haec addit corollaria. 1. Terra tenuis, in acido primigenio ſoluta, eidemque vnita, eſt matrix *hydrargyri*. 2. Patet ex terris his alcalinis, adeſſe re ipſa et efficaciter aſſidue agere ignem ſubterraneum. 3. Acidi vitriolici origo in his fodinis latitantis ab aqua et vitreſcibili terra patet: vtilitas tamen certo definiri nequit. 4. Nulla ineſt arſenici particula minerae hydrargyri Idrienſi. 5. Aqueae guttae, quae hydrargyri reductionem ſemper antecedunt, ſummam aquae vtilitatem, ad conciliandam corporibus firmitatem demonſtrant.

p. 44. *Vitriolum natiuum* in antiquis et minera exhauſtis antris ſaepiſſime occurrit, eſtque quoad figuram duplex, nempe I. *Vitriolum capillare* et II. *Vitriolum ſtriatum ſubdiaphanum friabile nitens.* Quoad colorem eſt vel album, vel virens. Vitriolum capillare ad aquam ſe habet vt 1835 : 1000; neque in aëre libero facile fatiſcit. Ex omnibus inſtitutis experimentis hoc vitriolum capillare conſtare putat 1. aqua plurima, 2. acido vitriolico. 3. terra martiali magis attenuata: atque cupri latentis etiam ſunt indicia.

p. 48. Vitriolum ſtriatum olim pyritem fuiſſe cenſet, ex quo aëris et aquae auxilio exortum ſit. Hoc aëre ſicco fatiſcit, in humido diffluit. Cryſtalli eiusdem ſe habent ad aquam vt 1897 : 1000 et ſunt vel rhomboidales, vel octaëdricae, vel dodecaëdricae, vel hexaëdrae. Conſtat huius ſalis vncia vna 1) ex drachmis binis *terrae metallicae*, potiſſimum ferreae, cui tamen cupri quiddam admixtum ſit: 2) ex drachma vna et dimidia *acidi puri*, cuius naturam deſtillatione aquae fortis cum vitriolo clarius expoſuit: et 3. ex aqua. Hic ſimul refellit eos,

qui

qui in aquis Idrienſibus vel mercuriale virus latitare, vel vitriolici quid iis ineſſe opinantur.

Ex his denique deducit 1. Figuram cryſtallorum non fidos ſalium characteres ſuppeditare. 2. Vitriolum ex coloribus in ſuas ſpecies diuidi non poſſe; nam omne martiale ſimul venerem fouet. 3. Species vitrioli optime a praeualente metallica parte deſumi. Inſperſit his Cl. Auctor practicas et medicas obſeruationes lectu vtiliſſimas.

Tentamine tertio de cauſis et curatione morborum, qui hydrargyri foſſores potiſſimum affligunt, agitur. Foſſoribus his, qui vltra ſex horas ſolent operari, morbi familiares, vel ab ipſa hydrargyri minera vel ab eorum vitae genere nati, ſunt praecipue tremor artuum, ſaliuatio, tuſſis, aſthma, dyſenteria, febris intermittens, vermes inteſtinorum, de quibus ſingulis hic egit Noſter. p. 66.

Saliuatio foſſorum horum nullo modo eſt turbanda. Expertus enim eſt Noſter, cathartico ſemel adhibito, alui tormina cum periculo inflammationis eſſe enata; quae, ſaliuatione iterum excitata, ceſſarunt. p. 77.

In foſſoris, aſthmate demortui, cadauere aperto reperiit Noſter inter alia interiorem pulmonum ſubſtantiam maculis innumeris, atris, lentiformibus, modo ſolitariis, modo vero congeſtis, mirum in modum variegatam. p. 82.

In dyſenteria, ea declinante et acrimonia prorſus expulſa, adſtringentia locum habent. Vtitur hic Noſter lythri puluere et a b. HAENIO*) iam laudato. p. 88.

Lumbricos inteſtinorum nullibi plures aut frequentiores reperiri, quam in his operariis, firmiter p. 91.

*) v. comm. noſtr. Vol. IX. p. 657.

miter persuasum habet Cl. Auctor. Inter signa verminosa refert Noster molestam oesophagi titillationem cum nausea et irrito vomendi conatu. Arbitratur itaque Cl. SCOPOLI lumbricos intestinorum a vulgaribus terrae lumbricis suam originem ducere, dum aqua ingeruntur; quod docet communis vtriusque fabrica, habitatio, vita, foecunditas et communia vtriusque venena.

P. 93. Hae sunt praecipue horum fossorum affectiones, etiamsi et aliae, vt rheumata, haemorrhagiae, phthyses, dolores articulorum, diarrhoea cet. quas neglexit Noster, obseruantur.

P. 94. Morbi vero inflammatorii et acuti longe rarius hic occurrunt, quam aliis in locis. Cuius rei caussam repetit Noster a victu antiphlogistico et forte ab hydrargyro, impetum humorum et coagula impediente.

XXI.

Bericht von Bergbau. Leipzig. Bey Siegfried Lebrecht Crusius. 1772. 4. *Seitt.* 312. *m. K.*

i. e.

Fundamenta monticulturae.

Breuem huius libri mentionem ideo facere constituimus, quoniam commendandus est tanquam liber, cuius ductu tirones instrui recte possint, atque simul continet physicam montium contemplationem. Primus huius libri auctor est Cl. IOANNES GOTTLIEB KERN: in multis autem eum correxit et auxit Perillustris DE OPPEL, rerum montanarum quondam summus praefectus. Praefationi subiuncta est relatio de instituta anno 1767 *Academia Montana Fribergensi.*

Sectione

Sectione prima *de montibus generatim et de locis fossilium natalibus* differitur. Definiuntur hic termini monticolis nostris solemnes simili fere modo, quo WALLERIVS in metallurgiae prima parte montium differentiam explicuit. *Venarum* originem a montium primaeuorum vel simplicium, vel stratosorum fissura, vel concussione vel ruina partiali producta deriuat. Diuersas rationes montium naturam cognoscendi indicantur, et signa, ex quibus, quae in montibus recondita sint, colligi liceat, exponuntur: deinde docetur, qua ratione definiendum sit, an fodinae colendae sint, nec ne? Iconibus denique structura montium illustratur.

p. 1. p. 25. p. 30.

Altera sectione ipsa montium cultura traditur. Et primo capite quidem, quae in fodina nondum culta, prima vice recte instruenda obseruanda sint, indicantur. Tum diuersae laborum rationes, quibus lapis montium conuenienter diuidatur, recensentur vel enim puteus fodiendus est, vel in longitudinem porticus quasi exarandus, vel venae lapis scalarum instar sensim descendendo diffinditur, vel adscendendo monticolae lapidem superiorem in frusta agunt.

p. 37.

Caput tertium indicat, qua ratione, si vena satis diues adsit, fodinae cultura peragenda sit: atque hic quidem non solum putei speciatim, sed etiam cuniculi singularem curam atque regulas poscunt, quae capite quarto et quinto diligenter docentur. Capite sexto determinatur, quando necessarium sit fodinae parietes lapidibus superductis firmare.

p. 64.

Qua ratione aëris transitus in fodinis promouendus et conseruandus sit, in sectione tertia describitur.

p. 135.

bitur. Natura exhalationum noxiarum, et quomodo eae caueri debeant, ſimul exponitur. Machinae, porticorum ſitus et nexus, aliaque hic obſeruanda ſunt.

p. 173. Quarta ſectione de aquarum ſubterranearum ex fodinis eductione agitur: et primo quidem aquae ſola hominum ope antliis educuntur, vel rotae hunc in finem compoſitae adhibentur, quarum ſaepe binae opus ſunt, antliisque plurimis ſecum inuicem nexis aquas ex imis receſſibus extrahunt. His machinis autem puteus ſingularis effodiendus, isque etiam a reliquis diuerſo modo exſtruendus eſt.

p. 244. Quinta ſectione reliqua inſtrumenta et machinae deſcribuntur, quibus opus eſt ad extrahendas mineras et lapides.

p. 258. Sexta ſectione minerarum a lapidibus ſeparatio et reliquus praeparandi modus, vt ad fuſionem aptae fiant, vberius et curatius traduntur. Iconibus ea, quae ad architecturam in fodinis pertinent, machinarumque et inſtrumentorum partes et compoſitio illuſtrantur.

Sufficiat haec breuis ſummorum capitum enumeratio, cum amplior practicorum laborum recenſio ab inſtituti noſtri ratione aliena ſit.

XXII.

XXII.

Obſeruationes chemicae et mineralogicae, pro gradu Doctoris, defenſae ab Auctore CHRIST. EHRENFR. WEIGEL, Sundenſi Pomerano. d. XXVII. Mart. 1771. Goettingae, aere Dieterichiano. 4. c. tab. aen. plagg. 11. *).

Cl. WEIGELIVS hic quindecim offert lectu profecto dignas obſeruationes chemicas et mineralogicas, quarum

I. ſpiritus vini deſtillationem eaque potiſſimum artificia ſpectat, quibus alcohol adeo purum obtinetur, vt nec ſali tartari nubat, nec deflagratum phlegmatis guttulam relinquat. Exiſtimat vero Cl. Auctor, ſpiritum vini ſuper ſal tartari deſtillatum, nonnullam huius alcalini ſalis particulam ſecum abripere, et eadem adulterari. Praeferendam quidem eſſe Kunkelianam methodum, dummodo rectificationum numerus laborem non admodum operoſum et taedioſum redderet, nec terrae ſalisque portiuncula, aquae, ſecundum KVNKELIVM addi ſolitae, inhaerens, alcohol inquinaret. Conuertitur itaque ad enarrationem experimentorum circa hanc rem a ſe ipſo inſtitutorum, atque primum vaſa huic fini accommodata deſcribit, quorum etiam delineatio ad calcem libelli habetur. p. 1.

Veſica cuprea, qua ad iſtam deſtillationem vſus eſt, id ſingulare habet, quod inter collum et marginem tubo breui ſtanneo, epiſtomio ſuberino exacte obturando, inſtructa ſit. Ipſi collo veſicae conus ſtanneus cauus in medio perforatus, et huic alem- p. 6.

*) Accedunt duae epiſtolae gratulatoriae Cll. Virorum RVDOLPHI AVGVSTINI VOGEL et IOANNIS CHRISTIANI POLYCARPI ERXLEBEN.

alembicus pariter ſtanneus, in rectius vero, quam vulgo fieri conſueuit, roſtrum deſinens, imponitur. Hoc enim roſtrum interpoſito canali ſedecim pedum, ad excipulum vsque deducendum eſt. Quibus omnibus ita fere adornatis, per tubum, collo veſicae appoſitum, ſpiritus vini rectificandus infunditur, orificiisque omnibus clauſis, moderatus ignis accenditur. Non itaque opus eſt ſerpentinis ductibus, quos vulgo alembico praeponunt. Praeterea autem hoc commodi habet iſte apparatus, vt excipulum ipſum roſtro apponi atque agglutinari queat.

p. 12. Vas refrigeratorium, quo praeſtantior eius vſus euadat, extra laboratorium Cl. Auctor reponendum eſſe cenſet; ita quidem vt ex dolio ſublimius poſito, atque identidem antliae miniſterio frigida replendo, deriuetur aqua per canales ad cylindrum quendam, roſtri productiones ambientem. Hic vero triplo fere amplior eſſe debet roſtro ipſo vaſis deſtillatorii, atque in loco quidem inferiore cum illo conferruminatus, ſuperius vero patere, quo aquis abundantibus pronus exitus paretur. Quae cuncta ſi ita compoſueris, ſpondet Cl. Auctor, fore vt intra vnam horam octo libras alcoholis, ſine periculo diffractionis colligere poſſis in excipulo.

p. 21. Obſ. II. circa mercurii in puluerem ſolius ignis auxilio mutationem verſatur. Dicitur autem plerumque iſte puluis mercurius per ſe praecipitatus. Quem paraturus Noſter, hydrargyrum impurum huic vſui deſtinatum ita primum deſtillauit, vt retortae ipſius collo circumuolueret chartam emporeticam, eamque in excipulum aqua repletum propendere ſineret. Hoc autem iſto artificio cauit, ne vitrum a feruidis mercurii globulis illud nudum tangen-

tangentibus diffringeretur, ſimulque effecit, vt facilior eſſet eiusdem in excipulo collectio.

Mercurium hac propemodum ratione deſtillatum cum ſeptima parte florum ſulphuris puriſſimorum, aſſidua, ſed difficili trituratione in aethiopem coëgit. At vero, cum ex hoc puluere mercurium puriſſimum reſtituere denuo anniteretur, nec calcis viuae, nec ſalis tartari ope fieri potuit, quin aceti deſtillati affuſio plumbum deliteſcens proderet. Omiſſis itaque hisce artibus in rectificatione mercurii vulgo vſurpatis, maluit ex mercurio ſublimato corroſiuo, additis ſalis tartari tribus partibus, hydrargyrum elicere. Quem hac deſtillatione obtinuerat ex ſententia mercurium puriſſimum, multorum menſium labore in puluerem rubrum mutauit. Ita autem in hoc tentamine verſatus eſt, vt phialae plano fundo et collo quatuor pedum inſtructae mercurii libram dimidiam mandaret. Orificio deinde charta occluſo, eum ignis gradum adhibuit, qui in vapores identidem mercurium diſcuteret, eos tamen decidere rurſus pateretur. Sex menſibus praeterlapſis, omnem mercurium, quem vaſi indiderat, pulueris rubicundi ſpeciem induiſſe apparuit. p. 23.

Nunc ad explicationem huius phaenomeni pergit Cl. Auctor. Non vero BOYLEO ſuffragatur, huius metalli in puluerem mutationem ob auctam globulorum mercurialium firmitatem euenire putanti. Neque etiam phlogiſton ſuum mercurius igne tortus perdidiſſe exiſtimandus eſt, alioquin ſemper ad eiusdem reſtitutionem additamento quopiam inflammabili opus eſſet. Plane autem Cl. WEIGELIVS contra RHENANVM, HARTMANNIVM, BECCHERVM et HVNDERTMARKIVM, negat, arte quadam in principia ſua reſolui poſſe mercurium; p. 30.

hanc

hanc potius mutationem particularum quarundam ignearum acceſſioni tribuendam eſſe exiſtimat.

p. 33. Ponderis augmentum mercurius per ſe praecipitatus commune habet cum calcibus plumbi antimonii etc. Noſter illud ab igneis particulis proficiſci putat. Eandem ſententiam fouet ratione coloris rubri, fultus auctoritate LEMERII, HOMBERGII et WIEGLEBII. Nullam vero phlogiſti iacturam in hac operatione mercurium pati, ex eo potiſſimum apparere arbitratur, quod ſolus ignis

p. 37. priſtinam formam eidem vindicet. Tunc vero igneas particulas, quae per calcinationem irrepſerant, iterum fugari. Licet autem ex coniunctione mercurii et ignis, amborum volatilium corpus aeque volatile naſciturum eſſe, quis putauerit; regerit tamen Cl. Auctor mercurii per ſe praecipitati fixitatem haud mirandam eſſe, ſi ex aliis quoque corporibus volatilibus inter ſe iunctis fixa ſaepius oriri perpenderis. Nec vero magna eſt huius corporis

p. 39. conſtantia. Adducit tamen Cl. WEIGEL BOERHAAVII et HOMBERGII experimenta contrarium quodammodo ſuadentia.

p. 40. Acrimoniam etiam huius pulueris mercurialis a particulis igneis pendere exiſtimat, et in eo cum calcibus metallorum ſalibusque cauſticis eundem componit. Eidem cauſae tribuit vim multiplicatiuam, quae celeriore mercurii viui calcinatione, ſi iamiam praecipitato additur, ſeſe declarat.

p. 44. Obſ. III. *De Solutione ſtanni.* Notum eſt, aqua regia facillime ſolui ſtannum; quam tamen non recte paratam eſſe monet Cl. Auctor, ſi particulae quaedam calciformes remaneant, eorumque nigrum colorem, abundantiae nitroſi, album autem, nimii ſalis acidi indicium eſſe. Ipſe igitur, cum aquam regiam, iuſta ratione vtriusque acidi habita,

ſibi

ibi paraſſet, paullatim fruſtula ſtanni menſtruo in-
idit, ita vt quodlibet ſolui prius curaret, quam
enuo quid adiiceret. Quo demum labore diutius
ontinuato, ſolutionem ſaturatam colore rufo ob-
inuit. Eam per biennium in vitro optime clauſo
ſſeruatam, binis vicibus ſe ita condenſatam vidiſſe
erhibet, vt potuerit vitrum, ſolutione immota, in-
ertere. Cauſam huius phaenomeni nec in frigore,
ec in menſtruo, nec in ſtanno latere obſeruauit.
uſpicatur itaque, ſolutione lentiſſime inſtituta, va-
ores phlogiſticos retentos coagulationem forſan
ffeciſſe, cui tamen opinioni ſpontaneam ſimul ite-
atamque coaguli diſcuſſionem aduerſari ingenue
atetur.

Obſ. IV. *De terra fullonum Hiddeſeenſi.* Eſt quaedam inſula littoris Pomerianae, *Hiddenſee* dicta. Argillam cineream ibidem repertam, cum Cl. Auctor figuli arte in ollam efformatam ad aërem albeſcere conſpexiſſet, vitri ſaturnini inſperſione eam poſſe vſui oeconomico adaptari putauit. Periculum itaque in re dubia facturus, vas quoddam ex eiusmodi argilla effictum, antequam igni committeretur, vitro ſaturni conſperſit, et in furno figulino vri curauit. Vidit tamen poſt iuſtam vſtionem omne vitrum ſaturni euanuiſſe; quod primum ipſam argillae ſubſtantiam penetraſſe ratus, ollam diffregit: ſecus tamen ac putauerat, hanc minimae vi cedere, nec igne duritiem nactam eſſe compertus eſt. Proinde hanc argillam, figulinis artibus indomitam, fullonum potius terris annumerandam eſſe cenſet. p. 46.

Alia argillae ſpecies Bornholmenſis, bolum armenam fere rubedine aemulans, coloris ſub ipſa vſtione ante follem adeo tenax fuit, vt inde in eam opinionem Cl. WEIGELIVS deduceretur, quaſi non p. 48.

ſemper a martialibus particulis admiſtis color iſte ruber pendeat. In medio tamen relinquit, quodnam aliud metallum argillam ita inquinare queat.

p. 49. Obſ. V. circa Salinas quasdam Megapolitanas a Noſtro inſtituta fuit, eumque docuit, cum cuiuslibet muriae tantum ſuper igne euaporaret, quantum menſura duas libras Colonienſes aquae deſtillatae aequans capere poſſet in Sultzenſi ſalis ſicci $4\frac{1}{18}\frac{1}{16}$ in Richtenbergenſi $1\frac{1}{18}\frac{1}{16}$, et in Gryphiswaldenſi muria $3\frac{1}{8}$ ſemuncias contineri. Gryphiswaldenſe candidum, reliqua duo ſalis genera fuſca erant.

p. 51. Obſ. VI. docet, oleum vini vel aetherem vini aquae miſceri, ſi ſub deflagratione illius bullulae aereae natent, atque tunc poſt deflagrationem aliquot guttulas aquae acidulae obſeruari.

p. 52. Obſ. VII. *De auri et argenti per ſal mirabile* GLAVBERI *in igne ſolutione.* Aurum ita hoc ſale ſoluitur, vt formam pulueris rubri induat, qui argento fluenti adſperſus deſtruitur. Sal mirabile enim argento nubit: aurum vero cum argento abvndante coniungitur. Omnino hinc liquet, maiorem huic ſali eſſe cum argento, quam cum auro affinitatem.

p. 53. Obſ. VIII. Aliam cohobationem, quae fixa reddat volatilia et a terreis particulis ſeparet, aliam ſyntheticam Cl. Auctor conſtituit, quae volatilia figat et principia ſeparata iungat. Suadet autem, ſi fixa volatilia fieri debeant, illorum partes ſex ad duodecim volatilium recipiendas eſſe, repetitisque cohobationibus, intenſa ſimul ignis vehementia, fore, vt fixum denique ipſum auolet. Quae

contra

contra volatilia figenda ſint, cum ſex partibus corporis fixi commiſcenda, atque tunc cohobatione iterata, ſemper ad ſiccitatem vsque deſtillandum eſſe.

Obſ. IX. *De methodo gradum concentrationis menſtruorum determinandi.* Inſtrumentis vulgo in grauitate fluidorum determinanda vſurpari ſolitis, ita vtitur Noſter, vt vas vitreum in ſpatio quodam definito, certam aquae deſtillatae quantitatem capiens menſtruo disquirendo eatenus repleat, ac dein ad lancem exigat. Inde efficitur, vt grauitates ſint in ratione concentrationum. p. 55.

Obſ. X. In inſula quadam littoris Pomeraniae *der Ruden* dicta, arena reperitur, varie colore ludens, cuius partem facile dimidiam, micis lamelloſis conſpicuam, cribrum diſcernit. Magnes easdem nondum ignem paſſas attrahit. Similis arena in vicinia Roſtochii, et Dannemorae Suecicae reperitur. Cum vero ab arſenico plane liberum ſit nec niſi parua ſulphuris copia admiſceatur, optimae notae ferrum inde parari poteſt. p. 58.

Obſ. XI. Aquae fortis viridis ex ſpiritu nitri cum aerugine deſtillationem, quod metalla cum acidis ſpiritibus deſtillando abripi poſſint, teſtari perhibet Cl. Auctor. Eiusmodi aquam fortem BASILIVS VALENTINVS iam praeparauit. p. 60.

Obſ. XII. Quod in cineribus clauellatis reperitur ſal medium tartaro vitriolato ſimile, Noſtro non videtur potuiſſe recipi a lixiuio illo ſaturatiſſimo. Putat itaque, cum artifices cinerum clauellatorum, coloris albi conciliandi gratia eosdem p. 61.

 igni

igni reuerberatorio ſubiicere ſoleant, ex ipſo igne particulas acidas ad alcali accedere, atque ſic ſali medio originem praebere.

p. 64. Obſ. XIII. Cl. Auctor ſpathis gypſeis fluores ſic dictos annumerans, duplex eorum genus conſtituit. Alterum quidem leuius eſt, certo quodam ignis gradu phosphorea luce micans, cubicis plerumque tum cryſtallis tum fragmentis conſpicuum. Hoc vulgo *ſpathum vitreum* dici conſueuit, variis coloribus, e. g. amethyſtino et flauo ludens. Alterum, quod *marmor metallicum* nuncupat, *ſpathum ponderoſum* vulgo dicitur. Suffragatur autem Cl. WEIGEL MARGGRAFIO, illud a gypſo, maiore acidi vitriolici copia et grauitate inſigni diſtinguenti. LINNAEVS formam illius determinatam exhibuit; quam tamen ſibi nusquam obueniſſe Noſter aſſerit. In omnibus potius ſpeciminibus obſeruauit latera vtrinque bis obliquata. Huius cryſtalliſationis, duarumque in ea varietatum figuras adiecit.

p. 67. Obſ. XIV. Aquam marinam poſt ipſam deſtillationem particulas peregrinas retinere, nemo neſcit. Ipſum rorem pluuiamque, praeſertim quae fuerit ante tonitrua collecta, vaſa vitrea in deſtillatione findere Cl. Auctor expertus eſt, ac inde hanc aquam ſalinis particulis inquinari collegit. Mauult itaque niuem vel pluuiam frigida tempeſtate ſuſcipi, eamque filtratam in vaſis bene clauſis per totam aeſtatem aſſeruari. Tunc vero denuo filtratam deſtillationi ita ſubmittendam eſſe cenſet, vt retortam tubulatam ad tres quartas partes ea aqua repleas, et notato primum recipuli pariter tubulati ſpatio, quod aquae partem quartam capere poſſit, probeque lutatis vaſorum commiſſuris, ignem lenem adhi-

adhibeas. Tunc vero, quae prior transierit aquae quadrans, eam seorsim asseruandam esse sub No. 1, vti et duas alias quadrantes sub signis 2 et 3. Residuae quartae parti recentem aquam pluuiam affundi posse et simili ratione destillari. Ita ad tantam puritatem euehi posse aquam destillatam, vt nec veneris nec lunae solutio nitrosa, eadem affusa, turbetur.

Obs. XV. *De duobus salibus metallicis.* Ex his alterum effloruit ex cobalti solutione nitroso muriatica inspissata ac rursus aqua diluta. Crystallo prismatica tetraëdra, quae pyramide tetraëdra coronabatur, conspicuum erat. Latera prismatis hexagona alterna latiuscula apparebant. Apicis s. pyramidis latera pentagona erant et truncata, ita, vt summa illius area quadrangula esset. Existimat vero Noster, huius salis metallici formam neque muriatico neque nitroso acido soli, verum potius vtriusque coniunctioni deberi. p. 70.

Alterum sal Ill. VOGELIO inter kermes mineralis praeparationem enascebatur. Neglexerat ille innatans lixiuium alcalinum ab isto puluere separare. Post aliquot vero dies kermes ipsum euanuisse, et in disco crystallos salinas insipidas fere, certe parum salsas subortas fuisse animaduertit. Figura his erat prismatis hexaëdri vtrinque truncati. Cl. Auctor hoc sal tartarum vitriolatum antimonio infectum esse ratus, eius ortum ex destructione sulphuris declarare conatur, cuius acidum vitriolicum phlogisti connubium deserens, alcalinis et antimonii particulis sese commiscuerit. Quam rem vlterius experturus, tentamen illud repetiit, haud felici tamen successu. Obseruauerat tamen inter hos labores, kermes minerale vltimae coctionis splendidius rubescere, quam quod prior coctio offerret; p. 72.

eoque incitatus regulum antimonii variis modis admixtione ſulphuris tentauit. Putat autem Cl. Auctor, hisce experimentis, quae omnia hic recenſere nequimus, confirmari WIEGLEBII ſententiam. Is ſcilicet in colore cinnabaris explicando, ab ignearum particularum acceſſione rubedinem, a defectu autem earundem nigritiem effici ſtatuit. Num vero e regulo antimonii et ſulphure ſublimando cinnabaris vnquam parari queat, id in medio hactenus relinquitur.

XXIII.

EIVSDEM obſeruationes chemicae et mineralogicae. Pars ſecunda. c. tab. aen. Gryphiae apud Ant. Ferd. Röſe. 1773. 4. pl. 13½. c. fig.

v. Praef. Haec ſeptem obſeruationum collectio publice a Noſtro, aſſumto ſocio IO. THEOD. PYL, defenſa fuit. Prima obſeruatione ad dubia reſpondetur, quae explicationi adiectae ab Auctore prioris collectionis obſeruationi ſecundae oppoſita fuerant.
p. 2. Fatetur Cl. WEIGEL, ſe, in re dubia, litibusque eruditorum celebrata, noluiſſe clarius opinionem ſuam explanare, ſed particulas tantum *igneas* nominaſſe id, quod ad mercurium inter calcinationem accedat; eo quidem conſilio, ne vel LEMERIO, vel BERAVDIO (a corporibus peregrinis aëri innatantibus, corporique calcinato vnitis augmentum illud ponderis deriuanti, v. Not. b.) vel GMELINO mancipaſſe ſeſe videretur. Cum tamen iſta mercurii in calcem reductio ad doctrinam de calce viua, valde nuper agitatam, ſpectet, non mirum eſt, eum hiſce litibus implicitum fuiſſe. Cl. WELLIVS, theoriae Blackianae ſtrenuus defenſor *), varia in Noſtro repre-

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 492. ibi et alia ſcripta huc pertinentia reperies.

reprehendit, eiusque ſententiam labefactare ſtuduit in libello nuper edito *), quam ſententiam confirmaturus Noſter experimenta quaedam circa mercurium per ſe praecipitatum inſtituta enarrat, quorum ſummam hic exponemus.

Mercurio viuo, ex labore iſto ſuperſtite, ſedulo a calcis particulis ſeiuncto, vtriusque pondera ad ſtateram exigens, reperit, pondus mercurii calcinati ad viui pondus ſe habere, vti $1\frac{2}{37}:1$. Ex pulvere deinde rubro, particulas penitus in calcem redactas, ruberrimas fereque pellucidas ſelegit, et experimentis impendit.

Ac primum quidem calx illa ab affuſo oleo vitrioli nigreſcebat, poſt duodecim tamen dies in ſuperficie albida, intus autem, vt antea fuerat, rubra comparuit. Licet itaque ad reuiuificationem nihil valeat oleum vitrioli, tamen aliquid ſoluere inde potuit, quod, cum antea album fuerat, nunc rubellum euaderet. Ab acido nitroſo ſponte ſolvebatur mercurius calcinatus, nec tamen illius colorem mutabat. Solutio iſta ab affuſo oleo tartari per deliquium, non vero a ſpiritu ſalis ammoniaci nec ab oleo vel aethere vitrioli turbabatur.

Spiritus ſalis muriatici ſoluit quidem nonnihil ex iſta calce, ſimul vero globulos veros mercurii metallicos reliquit. Aqua regia ſtatim ab affuſione calci mercuriali colorem album conciliauit. Poſt aliquot vero dies globuloſam ſuam figuram mercurius ſibi vindicauit. Aceto deſtillato tarde quidem, ſed tamen ſoluebatur, ita vt ſolutio non tingeretur, parciſſimosque tantum flocculos albos deponeret. Pariter ac nitroſam ſolutionem, hanc quoque perſcrutatus Cl. Auctor, ſpiritum ſalis ammoniaci nihil

 praeter

*) *Forſchung in die Urſache der Erhitzung des ungelöſchten Kalchs, u. ſ. w. Wien* 1772.

praeter pelliculam efficere, oleum tartari per deliquium puluerem cineraſcentem, oleum vitrioli autem albidum praecipitare, aetherem nihil omnino mutare obſeruauit. Ab aqua deſtillata non mutatus color, attamen pauci globuli mercuriales proliciti fuerunt. Cum vero coctio ſatis diuturna accederet, turbata aqua mercurium calcinatum colore exuit, parum tamen in metallicam formam reſtitutum comparuit. Expalluit ille ab oleo tartari per deliquium parato, deinde vero obfuſcatus paucos globulos metallicos oſtendit. Spiritu ſalis ammoniaci omnis calx ſoluta, ac breui tempore priſtinae formae currenti reddita fuit. Oleum terebinthinae paucos, oliuarum multo plures globulos mercuriales exſuſcitauit; alcohol, licet a calce mercurii non tingebatur, nonnullos tamen globulos euoluit. Simili ratione aether vitrioli. In ſolutione argenti nitroſa quanquam ſoluebatur calx mercurii, nulla tamen ſuborta eſt argenti praecipitatio.

p. 16. His experimentis propoſitis, Cl. Auctor ad ſuae de particulis igneis ſententiae explicationem conuertitur. Putauerat Cl. WELL, eum quaſi LEMERII opinioni ſeſe addixiſſe. Quapropter, ſe, neque in LEMERII, neque MEYERI, neque STAHLII verba iurare teſtatus, ſuam ſententiam fouere ſuſtinet. Exiſtimat vero in igne quid eſſe verum principium, quod, dum liberetur, et phlogiſton attingat, ignem, et, ſi aër accedat, flammam pro-
p. 17. ducere poſſit. Id in radiis ſolaribus puriſſimum, caeteroquin cauſam eſſe primariam lucis, caloris, motus, coloris, ſalibusque, ſi aquoſis et terreis particulis obnuptum ſit, oriundis, occaſionem praebere, licet ipſum ſalini nil habeat. Secedit itaque ab HELMONTIO, STAHLIO et WALLERIO, ſoli aquae cum terra coniunctioni ortum ſalium tribuentibus.

Princi-

Principium illud igneum omnium fere in natura phaenomenorum causam et fontem esse Noster arbitratur. Inprimis autem illud flammae originem atque adeo partem quandam constitutiuam praebere, nec frictionem sufficere ad eandem producendam.

Nunc ad mercurium calcinatum illas opiniones transfert. Coniunctionem inter partes eiusdem constitutiuas immutatam non fuisse, reuificatio, vt ipsi videtur, per solum ignem docet. Nec demtum illi quid fuit per calcinationem, sed potius additum, testante ponderis augmento. Huic autem sententiae non aduersari, quod illud ponderis incrementum aucta causa (sc. vi ignis) iterum decedat. Ex his omnibus concludit, accessisse quid ex igne ad mercurium. p. 20.

Progreditur nunc Cl. Auctor ad grauiores Cl. WELLII dubitationes, iisque soluendis reliquam huius tractationis partem impendit. Impugnat denique explicationem a theoriae Blackianae amicis propositam, et tales dubitationes contra aërem fixum mouet, quales non facile solutas fore censeamus. p. 22. p. 40.

Obs. II. *methodum refrigerandi* a Nostro supra*) traditam, *ad tubulos vitreos applicatam* sistit. Ea notabilis mutatio hic accessit, vt appositoria (*Vorstoß*) quibusdam fulcirentur sustentaculis, et ipsi tubuli appositorium constituentes vitrei essent. Quibus ita comparatis, refrigeratio illa in spirituum quoque acidorum destillatione citra periculum diffractionis, vt expertus est Cl. Auctor, adhiberi poterat. Commoda vero ad destillationem inde redvndantia haec potissimum sunt, quod citius tutiusque illa absoluatur, fluida sub vaporum forma ad- p. 41. p. 49. p. 51.

*) vid. p. 158.

ſcendentia mox condenſentur, nec per luta auolent, excipulo aquam infundi non opus ſit, illud tamen facile remoueatur, ac denique ex guttarum deſtillantium copia ignis vehementia diiudicari et dirigi poſſit.

p. 53. Obſ. III. *De nouo retortae furno.* Hic in eo maxime ab aliis huiusmodi furnis diſcrepat, quod quadratus ſit, cinerario alto, craticula lata, valuisque duabus, alia in cinerario, alia in foco, mobilibus inſtructus, atque demum ad catini oblique poſiti, cui retorta immittitur, latera, bracteas ferreas cochlearum ope firmandas habeat: quae quidem aequabilem arenae per totum catinum diſtributionem ad-
p. 57. iuuant. Comparationem deinde Cl. Auctor inter hunc furnum et alios ab aliis Auctoribus inuentos, inſtituit, in quibus multa, praeſertim vero ellipticae figurae vſum, arguit.

p. 61. Obſ. IV. *De cryſtalliſatione ſalis lixiuioſi alcalici.* Primum quidem Cl. WEIGEL experimenta aliorum circa hanc rem inſtituta enarrat, ex iisque nonnullos reprehendit, qui tartari vitriolati, ſiue antea iam alcali vegetabili admixti, ſiue per fumos ſulphureos inter labores ſuborti, cryſtallos, pro puris alcalinis vendiderint; nec tamen eorum opinioni ſuffragatur, qui alcali fixi vegetabilis cryſtalliſationem prorſus negent, ſed illam omnino contingere opinatur, ſiquidem abundantes particulae igneae ſalibus illis demantur. Idem Cl. CARTHEVSERO euenit, ſi ſpiritui ſalis ammoniaci tartariſato, ſal lixiuioſum vel cineres clauellati infundantur, quo demum per digeſtionem calidam abſumto, cryſtalli alcalicae remaneant, friabiles, oblongae, compreſſae, truncatae, tetraëdrae, ad aerem tamen non deliqueſcentes.

ſcentes. Exponit demum, quae ipſi, cineres clauellatos in lagena bene clauſa per quosdam annos aſſeruanti, contigerint. Vidit enim, cum lagenam iſtam, occaſione data, reſeraret, magnam partem ſalis alcalici colliquatam eſſe. Quod fluidum cum ſeorſim loco ſicco reponeret, anno praeterlapſo cryſtallos enatas eſſe rhomboideas, pellucidas, vere alcalinas obſeruauit. Diffluebant tamen illae poſt paucos dies, aëri in cella ſubterranea expoſitae.

Obſ. V. *De mercurio in ſpiritu vini.* LVDOLFFVS iam in ſpiritus vini deſtillatione aliquot mercurii globulos obtinuit; refutatus a MANGOLDO, qui, quod ille pro mercurio habuerat, nil praeter ſolutam acido vini metallici alembici particulam fuiſſe demonſtrauit. Noſtro autem poſt alcoholis fortiſſimi deſtillationem veri globuli mercuriales in vaſe deſidentes, et in cochleari argenteo vel murrhino poſt deflagrationem alcoholis relicti comparuerunt, qui etiam auro colorem album conciliarent. Ipſe tamen iudicium ſuum hac de re ſuſpendit, cum neque ab ipſo ſpiritu vini, neque a vaſis deſtillatorii detrimentis mercurius ortum trahere potuerit. p. 72.

Obſ. VI. In cineribus clauellatis ſal quoddam mediae indolis, et quidem tartaro vitriolato ſimillimum contineri, ex antecedentibus iam notum eſt. Chemicorum plurimi hoc ſal frigida aqua ſolui negant. Cl. Auctor tamen, repetita alcalini ſalis ex cineribus clauellatis extractione et elixiuatione, ſal illud medium omnino frigida aqua ſolui expertus eſt, dummodo non nimis ſaturata antea iam fuerit alcalinis particulis. His enim praecipitari tartarum vitriolatum felicior eiusdem citiorque cryſtalliſatio ex alcaleſcente ſolutione comprobat. p. 74.

p. 77. Obſ. VII. Reprehendit Cl. Auctor ab initio huius obſeruationis, quorundam mineralogorum opinionem, qui ſolos characteres externos ad ſyſtematis mineralogici exſtructionem ſufficere putant. Fatetur quidem Noſter ex ſpecie mineralium externa diſcrimina ſpecierum recte diiudicari, claſſium vero, ordinum, generumque notas, plerumque non niſi diſquiſitione chemica addiſci poſſe. Ad hanc vero quantum faciat ignis virtus, nemo non intelligit, atque inprimis POTTII laboribus declaratum fuit. Cuius tamen, vti et KRAMERI, furnos diſquirendis terris lapidibusque accommodatos variis incommodis laborare ratus Cl. Auctor, ipſe eam furni ſpeciem excogitauit, quae ſibi illarum moleſtiarum
p. 81. expers videretur, cuius vero fabrica et forma ex iconibus additis eſt intelligenda. Habet ſcilicet ille furnus hoc inprimis commodum, quod vna vice plura corpora et certe minore temporis lignorumque diſpendio, quam in aliis furnis diſquiri poſſint.
p. 83. Tribus partibus conſtat, foco, ergaſtulo et camino valde coanguſtato. Tam ad focum, quam ad ergaſtulum porta patet lateribus ita obturanda, vt in vtraque aperturae binae remaneant, lateribus quoque opportune claudendae. Aperturae portae inferioris lignis inſerendis carbonibusque eximendis, aperturae vero portae ſuperioris colluſtrandis laborum ſpeciminibus adaptatae ſunt. Ergaſtulum et focum pauimentum fornicatum intercedit, octo foraminibus peruium, quo efficitur, vt flamma aſſurgens meare et remeare poſſit, ac opera in erga-
p. 90. ſtulo contenta lambere. Ignis ſenſim ſenſimque adaugendus, donec ſummum vehementiae gradum attigerit, per plures horas continuandum, ita vt quadraginta quatuor horis totus labor abſoluatur. Diuerſi gradus ignis ex diuerſis ſpeciminum (*Proben*)

ben) mutationibus cognoſcuntur. Experimenta circa varia corpora in hoc furno inſtituta, publici iuris ſe facturum eſſe pollicetur, quae auide exſpectamus.

XXIV.

Diſſertatio medica de Cinchona officinali LINNAEI ſiue Cortice Peruuiano, Auctore RICARDO FULTENEY, R. S. S. Britanno, Edinburgi MDCCLXIV. in 8.

Collegit Cl. Auctor in hoc, cuius iam mentiotionem facturi ſumus, libello omnia de *Cinchona* adhuc dicta, nec ea ſolum, quae medicas arboris huius ſpectent virtutes, ſed etiam quae ipſius formam atque naturam accuratius definiant.

Praemiſſo vero breui, de corticis Peruuiani vſu, introitu; ipſius *Cinchonae* deſcriptionem exhibet. Qua quidem in re LINNAEVM ſecutus, pentandriae monogyniae annumerat et genericis characteribus ſtabilitis ad ſpeciei ipſius deſcriptionem tranſit. Notat hic diuerſam naturam vtriusque *Cinchonae*, *officinalis* nempe et *caribaeae*. Quae modo florendi potiſſimum differunt, ita quidem vt cum prior panicula brachiata gaudeat, huius flores pedunculis vnifloris inſiſtant. Quae vt magis innoteſcat diuerſitas ipſe non ſolum latius deſcribit prioris illius formam, verum quoque iconem ab HAWKEENSIO petitam addi curauit. Habitare potiſſimum in Peruuiae et Cuencae regionibus Cl. VLLOAE fidem ſecutus, aſſerit. Virere, florere et colligi corticem quouis anni tempore, dicit. Nominum vnde orta ſit diuerſitas, et quaenam corticis ipſius fuerint fata, ſat nota, non multis exponenda eſſe putamus. p. 2.

His

*) Voyage to South Amerika book VI chep. 2.

p. 14. His igitur expenſis, ad alteram, practicam nempe, partem progreditur, vbi primo qualitates ac vires huius remedii conſiderat. Recenſitis variis modis corticem propinandi, ſuadet puluerem in ſubſtantia exhibitum plurimum quidem valere, febricitantibus tamen ſumma ventriculi debilitate laborantibus *decoctum*, infantibus vel qui chronico diu vexati ſunt morbo *infuſum frigidum*, nimia tandem laxitate aegrotantibus *extractum* magis conuenire aſſerit. Ef-
p. 21. fectus, quos in corpore humano prodit, omnes a roborandi potentia pendere videntur, ſic appetitus aucti, alui adſtricti, pulſus fortioris, caloris naturalis emendati et aliorum phaenomenorum a par-
p. 25. tium ſingularum robore aucto arceſſenda videtur cauſa. Cautelae a medico obſeruandae, priusquam exhiberi poſſit, eo fere redeunt, vt ſi ſit in primis viis, acida, tenax vel biliofa quaedam acrimonia, ea prius
p. 28. educatur, vt appetito aucto victus praeſcribatur facilis ad concoquendum, vt plethora vel diatheſi phlogiſtica praeſente venaeſectio praemittatur. Exhibetur cortex in quocunque febrium genere non ſine vſu, cauendum tamen eſt, ne in quartana, apoplexiae vel ſimili morbo ſuperueniente, exhibeatur. Ad variolas et morbillos maturandos corporis viribus proſtratis valere, CAMERONIVM*) ſecutus, contendit. Eryſipelas, morbus gangraenoſus, cortice tollitur. In gangraena, vaſis ſanguine adhuc turgentibus, exhiberi non debet. In dyſenteria, diarrhoea diuturniori, lienteria et coeliaca paſſione, a putrida illuuie primis viis liberatis, plurimum prodeſt. In rheumatiſmo poſt venaeſectionem et in arthritide fractis vel viribus, vel in intermiſſione morbi SYDENHAMO auctore commendat. In hydrope, ſcrophulis, epilepſia, morbis ſpasmodicis aliis, hypochon-

*) Gentleman's Magazine Decembr. 1751.

pochondriaco malo, haemoptysi, tussi conuulsiua puerorum, catarrho, primarum viarum debilitate, et diabete prodesse, et sua et aliorum experientia persuasus docet. Feminis mensium vel fluoris albi, vel lochiorum nimio fluxu ex habitu corporis laxo laborantibus conuenit, fetus quominus immature prodeat, impedit. Rachitidi porro infantum et febri ab vermium praesentia orto, optime occurrit.

XXV.

FRANC. XAVER. HARTMANN, Collegiati Medici Viennensis Practici, Auratae Militiae Equitis, Sacri Palatii Aulaeque Lateranensis Comitis Palatini, Academiae Imperialis Naturae Curiosorum Sodalis, formulae remediorum in materiam medicam et chirurgicam Clarissimi ac Celeberrimi Viri CRANTZ. Lipsiae impensis Ioannis Pauli Kraus, bibliopolae Viennensis. MDCCLXXI. 8. pagg. 632. praeter praefationem, conspectum et indices.

Cl. CRANTZII materiam medicam et chirurgicam cum alibi commemorauerimus *), breuiter Cl. HARTMANNI librum hic indicare possumus, qui potissimum ideo hunc laborem suscepit, vt tirones neque in praescribenda apti remedii formula peregrinarentur, neque in consultationibus probatissimis destituti sint remediis. Ordinem igitur Cl. CRANTZII, quem loco laudato cum nostris Lectoribus communicauimus, seruauit. Duos praeterea adiecit indices, quorum alter spectat formulas, alter attinet res. En quaedam exempla:

Puluis

*) v. comm. nostr. Vol. XIV. p. 135.

p. 20. *Puluis contra vermem solitarium.* Rec. Pulv. Sem. Portulac. dr. dimid. Vitrioli Martis gr. vnum D. pro dosi et dentur tales no. VI. sumat duos de die.

p. 69. *Puluis analepticus in languore ventriculi.* Rec. Pulv. cort. sassafr. dr. dimid. Olei stillat. Sassafras gut j. M. F. Pulv. in quadrupl. S. sumat ante prandium et coenam vnum.

p. 97. *Vinum in paralysi stimulans.* Rec. Rad. cyperi rotund. vnc. j. Angelic. vnc. dimid. Infunde in lib. 1. vini generosi; de colatura per decantationem sumat aeger bis de die vncias jj.

p. 190. *Pasta de cera* demulcens obliniens partes excoriatas. Rec. Cerae citrinae vnc. 1. solue in spiritu vini ad lenem ignem, dein spiritum vini filtra et abstrahe praecedenti cerae, quae dicitur butyrum cerae Bataeanum, adde pulv. Gumm. Arabici vnc. dimid. Exacte in mortario tritam subactam pastam exhibe.

p. 199. *Decoctum antifebrile in quartana.* Rec. Rad. acaciae german. vnc. j. coque in s. q. aquae per horam Colat. lib. 11. adde syrup. myrtillor. vnc. jß. D. vt aeger tempore apyrexiae sumat omni bihorio vasculum.

p. 209. *Theae - Species ad depellendum sabulum nephriticum fere specificae.* Rec. Ceterach. Manip. j. Flor. pap. rhoead. Manip. dimid. Conc. exhibe species pro Thea. Sumat pugillos duos tres pro vase maiori theato et bibat.

p. 319. *Decoctum in tussi acri, raucedine.* Rec. Sebest. exemptis nucl. vnc. dimid. coq. in s. q. aquae per quadrantem horae: Colat. lib. 1. semis adde syrup. diacod. vnc. j. D. Sumat omni hora vasculum.

p. 589. *Vnguentum in vlcere putrido.* Rec. Balsami ARCAEI vnc. j. spiritus nitri dulcis dr. 1. Oxymell. simpl. vnc. dimid. M. et exhibe.

XXVI.

A treatiſe on the venereal diſeaſe. In three parts. 1. An anatomical and phyſiological deſcription of the genital parts of both ſexes. 2. An aetiological Enquiry into the various ſtages of the venereal diſeaſe. 3. A true and rational method of cure. London printed for the Author and ſold by B. Law. 1771. 8. 1 Alph. 8 pl. tab. aen. 5.

i. e.

Tractatus de morbis venereis, tribus partibus conſtans, quarum prima genitalium vtriusque ſexus anatomicam et phyſiologicam deſcriptionem; altera aetiologicam diſquiſitionem periodorum morbi venerei; tertia vero curationem huius mali continet. Auctore N. D. FALCK, Chirurgo.

Prima parte genitalium partium deſcriptio et generationis hiſtoria traditur. Carunculas myrtiformes non hymenis dilacerati veſtigia eſſe, ex aequali earum in omnibus mulieribus ſimilitudine colligit. Nomina Latina partium corrupta ſunt, nec icones aliquid noui exhibent. p. 2. p. 38.

In altera parte originem et ſymptomata morbi venerei explicat. Antiquitatem eius defendit creditque eum ex concubitu mixto, vbi plures viri cum vna foemina intra breue tempus coiuerint, aliis cauſis ſimul accedentibus oriri poſſe. Acrimoniam veneream peculiarem et ſpecificam naturam poſſidere oſtendit. Gonorrhoea oritur ex reſorptione veneni, quae tunc fit, quando penis rigidus ſemine emiſſo nunc flacceſcit. Gonorrhoea benigna, quae p. 68. p. 117. p. 130.

poſt gonorrhoeas alias remanet et quam Angli *Gleet* vocant, etiam contagioſam vim ex Auctoris noſtri mente poſſidet.

p. 271. In tertia parte, vbi curationem morbi venerei Auctor tradit, primum fuſius de temperamentis, diaeta in vniuerſum et remediorum natura exponit, multaque ſuperflua tradit. Purgantibus minus favet, ialappam vero omnibus reliquis praefert. Contra receptam vulgo methodum ſuadet, vt purgantia tempore pomeridiano poſt modicum prandium ſumantur. In exulceratione inteſtinorum clyſmatibus, ex lacte et aqua paratis, pauculas guttas ſolutionis mercurii ſublimati ſpirituoſae addit. Cinnabari egregias virtutes antiſpaſmodicas adſcribit. Saliuationem mercurialem plane reiicit, mercuriumque, vt optimum remedium, contra omnis generis acrimonias extollit. Suppurationis protractionem non ſemper vtilem eſſe, inprimis vero digeſtiuorum applicationem fere ſemper nocere, cum irritabilitas, per illam excitata, inflammationem tantum augeat, Cl. Auctor fuſius probat. In omnibus vlceribus praecipua chirurgi et medici cura eo directa eſſe debet, vt acrimonia humorum corrigatur, id quod optime vſu mercurii fit, vt Cl. Auctori videtur. Cauſtica in omnibus vlceribus nocere idem putat, et ſi nonnunquam eorum applicatio aliquem vſum praeſtat, id maxime pendere a vi eorum acrimoniam corrigente, quam cauſtico lunari ſeu lapidi infernali et mercurio ſublimato cor-
p. 382. roſiuo inſignem tribuit. In actione mercurii explicanda ponderis vi ſeu grauitati eius ſpecificae nihil tribuit Cl. Auctor. Credit mercurium in forma metallica in fluidis noſtris circummoueri poſſe, effectum vero ſuum in glandulas alias non aliter exſerere, quam ſi antea in fluidis noſtris ſolutus fuerit. Septicam mercurii naturam negat. No-

xiam

xiam qualitatem, quam in fumum ſolutus oſtendit, particulis eius, vi ignis acrioribus redditis ſeu in ſcorias mutatis, tribuit. Si mercurius frictione cohibitus noceat, id vel adulterationi eius cum plumbo, vel ſtimulanti vi adſcribi debet, quam mercurius pinguedinoſis particulis intime admiſtus adquirit. Vim ſialagogam mercurii adſcribit eius vi ſedanti, qua acrimonia, neruos vellicante correcta, actio glandularum, ab ea irritatione impedita, nunc reſtituitur. Falſam tamen hanc eſſe Auctoris noſtri hypotheſin, ex eo patet, quod ptyaliſmus a mercurio non tantum in morbis, vt ſcabie, lue venerea, ſed etiam in ſaniſſimis corporibus excitetur.

His expoſitis Cl. Auctor praecipuas praeparationes mercuriales et tandem curationem morborum ſiphyliticorum deſcribit, in quibus mercurio dulci et ſublimato interne datis multum tribuit. Caſtrationem ſine ligatura arteriae ita inſtituit, vt funiculum ſpermaticum proxime ad abdomen diuidat, nec ex retractione vaſorum in abdomen malum exitum timet.

p. 406. (margin, beside "His expoſitis"); p. 473. (margin, beside "Caſtrationem")

XXVII.

The practice of phyſick in general, as delivered in a courſe of lectures, on the theory of diſeaſes and the proper method of treating them. By THEOPHIL. LOBB, M. D. publiſhed from the Doctors own Mſ. Vol. I. et II. Lond. MDCCLXXI. 8.

i. e.

Inſtitutiones medicinae clinicae ſuper morborum originem et cauſas et remedia iis medendi. Auctore THEOPHILO LOBB, M. D.

Hic liber post obitum Celeberrimi Auctoris est editus et in Germanicam translatus linguam *).
Lect. I. Praemittitur hic primum generalis contemplatio de fabrica, oeconomia et diuersitate humani corpo-
Lect. II. ris, quae breuitate et vtilitate placet, dein de sano statu corporis humani, varia eius constitutione et idiosyncrasia, de rebus ad sanitatem necessariis, caussis morborum, deque earum variis classibus, quibus superstruuntur regulae clinicae ad methodum morbis medendi. Temperamenta Noster tria concedit. Ac primum quidem temperamentum cernitur in media et moderata corporis constitutione. Medium tenet inter duo reliqua et optimum Nostro videtur. Est enim liberum ab aestu et siccitate vnius et a frigore et humiditate alterius temperamenti, neque igitur adeo multis expositum morbis. Alterum temperamentum est sanguineum seu calidum et siccum, quod et cholericum in se comprehendit. Tertium est lymphaticum seu frigidum et humidum temperamentum, quorsum et refertur phlegmaticum et melancholicum. Morbi oriuntur vel a polychymia, vel ab oligochymia, vel a cacochymia. Quapropter tres quoque constituit medicamentorum classes, sunt scilicet *euacuantia*, *alterantia* et *restaurantia*, seu remedia, quae ad vnam et alteram classem simul pertinent. Atque his remediorum classibus subiecit Noster non solum interna, sed et externa, quoniam et haec externa remedia, vt emplastra, vnguenta, fomenta

*) *Anleitung zur ausübenden Arzneykunst in einer Anzahl von Vorlesungen über die Ursachen und Entstehung der Krankheiten und die Mittel solche zu heilen, durch* THEOPHILVS LOBB, *der Arzneykunst Doctor, des medicinischen Collegiums zu London und der Königl. Gesellschafft der Wissenschafften Mitglied. Aus dem Englischen. Leipzig, bey Weidmanns Erben und Reich.* 1772. 8. *maj.*

menta cet. vel aliquid e corpore eliminant, vel in eo mutant, vel in eo augent. Morbus eſt quaelibet mutatio et aberratio ſanitatis in viuo corpore.

Progreditur Noſter ad ſigna, quae ſpectant ad copiam et inopiam humorum collectiue ſumtorum in corpore humano. Atque hic aſſerit Cl. LOBB, ſe, non adeo magna humorum copia praeſente, febres, plurimos morbos chronicos et omnes cutaneos ope remediorum alterantium curaſſe, neglectis euacuationibus ſanguineis et aluinis. Lect. III.

Dein ſymptomata Cl. Auctor conſiderat. Quo celerior eſt pulſus, inprimis in morbis acutis, eo grauior eſt cauſa et eo maius periculum. Caloris et frigoris cauſas varias Noſter hic perſequitur. Naturalis calor ſanguinis pendet partim ab elemento ignis, quod pars conſtitutiua corporis humani aeque eſt, ac reliquorum corporum omnium, in quibus illud plus minusue occurrit; partim ab attritu ſanguinis. Lect. IIII.

Tum ad ſymptomata capitis et reſpirationis Cl. Auctor tranſit. Delirium in varioloſis deriuat Noſter a variolis, quae menynges occuparunt et laudat his in obſeruationibus Cl. SCHMIEDEL de ſedibus variolarum non in ſola cute, etiamſi Cl. COTVNNIVS aliter ſentit*). Somnolentia ſeu ſopor pendet vel ab inopia fluidi neruei, vel a preſſione neruorum per nimis extenſa vaſa vicina, qua circulus fluidi neruei impeditur. Lect. V.

Hic lotium et aluina excretio, quae alio et alio modo in morbis mutantur, a Noſtro diſquiruntur et partim ad eorum quantitatem, partim ad eorum qualitatem ſpectatur. Lect. VI. et VII.

Porro de inſenſibili perſpiratione, exſcreatione et ſaliuae effluxu, vomitu, ſpontaneo ſudore et haemorrhagiis Noſter agit. Forſan eadem varietas cadit in perſpirationem inſenſibilem, quae in vrina Lect. VIII.

 et

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 411 ſqq.

et aluina euacuatione conſpicitur, etiamſi ea non tam perſpicue patet. Saliuae effluxum deriuat Noſter partim a nimia humorum tenuitate inprimis lymphae, partim a vaſorum laxitate in acutis aeque, ac chronicis morbis. Ad ſeroſas euacuationes, quae per os fiunt, refert Noſter et illam ſeroſam colluuiem, quae ex ventriculo aſcenſa, vel per vaſa et glandulas ventriculi vel per pancreas ſecreta, in ore interdum ſeſe colligit, quae quidem ab aliis cauſis pendet, ac ſaliuae effluxus. Haemorrhagias Noſter non repetit ex venis, ſed ex arteriis lymphaticis, in quas relaxatas ſanguis ex vicinis minimis arteriis penetrauit. Atque ita reſoluti ſanguinis globuli facile per lymphatica vaſa tranſire poſſunt.

Lect. IX. Item perſequitur Cl. Auctor varias doloris ſpecies, neque dolorem in tenſione nerui quaerit, ſed in duabus aliis cauſis ſequentibus: quarum prima eſt nimis fortis preſſio extremitatis nerui, altera in eo cernitur, quod acre ſeu durum corpus vltimos fines neruorum ſenſoriorum immediate tangit. Haec nimis fortis preſſio nerui oritur: 1) a nimia vaſorum ſanguiferorum extenſione vel ob viſciditatem ſanguinis, vel ob nimis magnos ſanguinis globulos. 2) a nimis contractis vaſis ſanguiferis. 3) a vicino tumore ſeu 4) ab aëre elaſtico, qui nimis copioſe in dolentem locum penetrauit. Accedit et id, quod variae acrimoniae neruos male afficere et ita irritare queant, vt dolorem inde neceſſario oriri oporteat. Quapropter quoque Noſter ad harum acrimoniarum diuerſitatem reſpexit, et duas potiſſimum earum conſtituit claſſes, quarum vna attinet alcalinam indolem, altera acidam ſpectat naturam. Omnes omnino acrimoniae e ſanguine ſecretae et excretae, alcalinae ſunt indolis et omnes acidae acrimoniae inſunt primis viis, quarum,

rum, ſimulac ad ſecundas vias ſunt delatae, aciditas prorſus perit. Inter doloris ſpecies, quae diligenter hic a Noſtro collectae, alio atque alio modo diuiduntur, et periodicorum dolorum mentio eſt iniecta. Arbitratur Noſter hos periodicos dolores eſſe ſignum febris intermittentis, etiamſi ſymptomata febrilia prorſus abſint. Sed in omnibus intermittentibus febribus hi dolores periodici non occurrunt. Viſciditas enim ſanguinis in iis febribus tanta ſit neceſſe eſt, vt circulus in vna alteraue parte corporis impediatur et tum a preſſione dolor oriatur. Habuit Noſter eiusmodi aegrotos, quos ſanauit remediis, quae contra febres intermittentes adhiberi ſolent.

De diuerſis exanthematum ſpeciebus in morbis acutis et chronicis hic Noſter agit, quibus additi ſunt morbi neruoſi. Contra pathologiam verminoſam hic plane Noſter dicit, atque ſalinas acrimonias variae indolis in morbis cutaneis aſſumit et diverſitatem eorum morborum ex varia figura et ratione ſalinarum particularum repetit. Curatio eorum morborum cernitur potiſſimum in alterantibus remediis, venaeſectio enim et purgantia in his morbis inter remedia inſufficientia a Noſtro referuntur. Morbi neruoſi, quorum hic mentionem fecit Cl. Auctor, ſunt ſpaſmi, tremores, horripilatio et horror, tendinum ſubſultus, conuulſiones, animi deliquia, malum hyſtericum, reſpiratio cum horrore et tuſſis. Sed quoniam omnibus in his morbis plus muſculi patiuntur, quam nerui, videntur hi morbi magis muſculoſorum nomen promereri, quam neruoſorum. Putat Noſter tamen, etiamſi huius rei obſcuritas non prorſus negatur, nervoſos eſſe morbos potius, quam muſculoſos, quoniam ſine neruo, vti experientia conſtat, nullus Lect. X. et XI.

 motus

motus mufcularis perfici poteft, vafis fanguiferis et lymphaticis in mufculo adhuc integris.

Lect. XII. Pergit Cl. Auctor in morbis neruofis fupra nominatis confiderandis et inter eos refpirationem cum horrore coniunctam (*shivering refpiration*) habet. Caufa eius ineft inopiae fanguinis et fluidi neruei et vifciditati fanguinis. Tuffis eft conuulfivus motus mufculorum pectoris. In tuffi ferina infantum mucus ille clarus et gelatinofus non ex ventriculo, fed ex pulmonibus eiicitur. Cum variae acrimoniae in corpore humano generari queant, diuidit eas Nofter in duas claffes, quarum vna eas complectitur, a quibus acuti morbi deriuantur, altera eas, quae chronicis morbis generandis feruiunt.

Lect. XIII. et XIV. Antequam Nofter ad remedia eorumque vfum in morbis progreditur, tres fupra nominatas claffes remediorum iterum diuidit. *Euacuantia* nempe diftribuit in ea, quae fanguinis eiusque feri, lymphae atque fluidi neruei copiam imminuunt: *alterantia* mutant acrimonias, ex quibus partim acuti, partim chronici oriuntur morbi: *reftaurantia* feu *roborantia* vel augent copiam humorum, vel efficiunt maiorem confiftentiam folidarum partium, vel reftaurant vires vitales. Sacculis medicinalibus non fauet Nofter, fed fuadet culcitras medicinales. Puluerifatae nempe fpecies adfpergantur goffypio, quod inter linteum vel fericeum ponitur. Ita enim pulueres aequaliter funt adfperfi. Iniectiones medicinales in os, fauces, aures, genitalia virilia et muliebria, finus et fiftulas et omnino omnia in loca, vbi vlcera infunt, multum profunt. Cucuphae in catarrhis cet. non funt fpernendae.

Lect. XV. Praecipue hic agitur de remediis euacuantibus fecundum diuifionem fupra a nobis iam commemoratam. Tefte experientia afferit Nofter,

fex

ſex vel octo vncias cruoris per ſcarifationem colli et ſcapulae euocatas plus praeſtitiſſe, quam multo largior venaeſectio. Hirudinum vtilitatem valde praedicat Noſter, quorum copia ſi non ſufficit, ſ. ſi multas applicare, nec placet, neque licet, diſſecanda eſt parua portio in extremitate corporis, et tum ſanguis, qui eas ſatiat, iterum effluit, atque ita plus ſanguinis exſugunt. Iam ad emetica, cathartica, diuretica, ſudorifera, epiſpaſtica, veſicatoria, ſternutatoria, expectorantia, ſialagoga, fonticulos ſetaceaque Noſter venit. Inter cathartica mentionem facit roſarum damaſcenarum, quae in infuſo et ſyrupo poſſunt exhiberi. Lini cathartici folia refert inter fortiora purgantia et alterantia remedia, quoniam correctionem humorum iuuant. Conducunt inprimis rheumaticis affectionibus.

Inter diuretica a Noſtro potiſſimum vſu experientiaque probata inuenimus tartarum vitriolatum, apes pulueriſatas vel ad nigredinem vſtas, puluerem aethiopicum i. e. cineres nigros bufonum pulueriſatorum. Morbi venerei, rheumatici et ſcorbutici poſſunt et ſine ſaliuatione ſanari, quam Noſter nunquam in ſuis aegris excitauit. Antimonium diaphoreticum ſi additur alterantibus medicinis, auget earum vim, vti Noſter expertus eſt. Lect. XVI.

Ea hic Noſter perſequitur remedia alterantia, quae alcalinam acrimoniam corrigunt, ſpecificis cacochymiis et mixtis reſiſtunt; quae porro in morbis chronicis acidam, alcalinam, pituitoſam, atrabilariam, ſalinam et ſcorbuticam acrimoniam mutant. Tum remedia, quae nimias excretiones coërcent et corpus reſtaurant et balnea frigida et calida Noſter addit. Cinnabari factitiae et aethiopi minerali adſcribit Noſter virtutem antiſcorbuticam, quoniam per ſuam grauitatem ſalinas particulas ita imminuunt, vt per minima vaſa e corpore exire Lect. XVII.

 queant.

queant. Indicationi vitali per nutrientia Noſter multum fauet et dicit contra eos, qui aegris omne nutrimentum denegant. Quapropter Noſter interdum, etiamſi victum carnoſum prorſus interdicit, iuscula carnium, vitulinae, veruecinae, gallinae cet. concedit. Reſtaurantia remedia dicit Noſter ea, quae id, quod deficit in corpore, reſtituunt, et eorum tres conſtituit claſſes. Quarum *prima* complectitur ea remedia, quae copiam ſanguinis et humorum, magnitudinem fibrae muſcularis et vaſorum reſtituunt, *altera* ea continet, quibus vis cordis cum arteriis imminuta augetur, *tertia* ea comprehendit remedia, quae cum fluidis naturalem balſamicam conſiſtentiam et cum ſolidis partibus cohaeſionem iuſtam communicant. Iuſcula carnium ſemper recentia ſunt eligenda, non recentia ſ. iterum calefacta enim moleſtias ventriculo creant. Balnea frigida et calida quoad eius vſum Noſter disquirens, balneorum ex aqua marina ſeu ſalina vtilitatem in morbis cutaneis memorat ac ſuadet nimis remotis a mari ſolutionem ſalis marini ſeu communis in aqua fluuiatili.

Lect. XVIII. Nunc varios morbos corporis humani Noſter contemplatur ac primum quidem febres. Vidit Cl. Auctor quotidianas, triplicatas, et curauit quartanas ſine cortice Peruuiano. Febres rheumaticae ad inflammatorias referuntur.

Lect. XIX. Ad febres inflammatorias partiales, vt phrenitidem, anginam, peripneumoniam cet. hic Noſter progreditur. Diſplicet Noſtro diuiſio pleuritidis in veram et ſpuriam, atque placet potius, eam in ſimplicem et compoſitam diſpeſcere. Simplex pleuritis a ſola humorum ſpiſſitudine pendet, compoſita vero partim ſpiſſitudini, partim quoque reſolutioni humorum eſt tribuenda. Eodem modo diſtribuit Cl. Auctor peripneumoniam eamque deriuat

riuat ab iisdem causis. Peripneumoniae rarius occurrunt, quam pleuritides, quoniam vasa pulmonum ob respirationis negotium facilius expandi et contrahi possunt. Cholera, quae et passio felliflua dicitur, plerumque mense Augusto a Nostro obseruata est. Apoplexiae causam non esse sanguinem Noster ratur, quoniam iuuenes etiamsi plethorici sunt, raro in hunc morbum incidunt. Cum vero senibus hic morbus sit solennior, credit Noster, viscidtatem sanguinis et arteriarum ossificationem seu ad minimum maiorem duritiem esse apoplexiae causam, quippe qua arteriae non tam facile expanduntur, quam opus est.

Transit Noster ad chronicos morbos, quos in quatuor classes redegit, nimirum in morbos capitis, pectoris, abdominis et extremitatum. Singultus est conuulsio oesophagi et ventriculi. Cardialgiae ab acrimonia alcalina ortae medentur poma. Obseruauit vero hunc effectum in grauida. Picae seu cittae seu malaciae causa pendet ab acrimonia et viscditate sanguinis in puellis, in grauidis vero a mutatione quadam sanguinis et inde secretorum humorum, quae per grauiditatem oritur. Grauidis vt sedetur hic deprauatus alienarum rerum appetitus necesse est, ob tristes varias sequelas, quae alias solent apparere. In cynode orexi seu fame canina inter alia remedia suadet Noster quoque matutino et vespertino tempore vnum vel duo cochlearia calidi adipis veruecini, qui ex bene assata nec salita emanauit carne veruecina. Obseruauit aegrum Cl. Auctor, eodem morbo laborantem, qui, multis remediis frustra adhibitis, hoc adipe breui sanatus est. Vsus est porro hoc remedio feliciter et in aliis eiusmodi aegris. Materiam arthriticam indolis alcalinae esse Noster arbitratur. In contracturis suadet sequens remedium externum, quod constat

Lect. XX. XXI. et XXII.

ſtat ex vitello ouorum no j. tribusque cochlearibus aquae, et accurate mixtum ter de die parti affectae eſt illinendum.

Lect. XXIII. Venit iam ad morbos externos Cl. Auctor, inter quos alopecia ſeu pilorum defluuium a Noſtro quoque memoratur. Differentiae inter gangraenam et ſphacelum non adeo multum fauet Noſter. Aduerſus prolapſum ani poſſunt lintea ſpiritu vini rectificatiſſimo madefacta externe applicari.

Lect. XXIV. Denique contemplatur Noſter morbos infantum, grauidarum, puerperarum et mulierum.

XXVIII.

Medicina ex pulſu ſiue ſyſtema doctrinae ſphygmicae. Pragae, apud Wolfgang Gerle, Bibliopol. 1770. 8. c. tab. aen. pagg. 268. praeter dedicationem, praefationem, indicem capitum et indicem rerum in hoc opere contentarum.

Praemittimus hic indicem capitum. 1) Modus addiſcendi artem ſphygmicam. 2) De caſibus, qui iudicium ſphygmicum eludunt. 3) De iis, quae ante explorationem pulſus notanda. 4) Ars tangendi pulſum. 5) Differentiae vulgares pulſuum. 6) Mutationes vulgares pulſuum. 7) Diagnoſis ex pulſu. 8) Mutatio pulſus in acutis. 9) Prognoſis ex pulſu. 10) De diagnoſi et prognoſi compoſita. 11) Indicatio curatoria e pulſibus. 12) De effectu mediorum e pulſu diiudicando. 13) Idea phyſiologica huius doctrinae. 14) Deſiderata quaedam. 15) De vtilitate medicinae ſphygmicae. Congeſſit, comparauit, disiunxit et in ſpeciem ſyſtematis ad Galenicum accedentis redegit veterum ac recentiorum circa hanc rem obſeruationes Cl. WETSCH, qui, vti ex dedicatione elucet, huius operis Auctor eſt. In capite

capite de prognoſi ad ſigna reſpicitur, quae cum pulſu comparata certiorem efficiunt prognoſin. Acutorum morborum porro et criſium chronicorum morborum hic fit quoque mentio. Inprimis laudat GALENVM, THEOPHILVM DE BORDEV p. 5.
et HENRICVM FOVQVET, praeterea vero SOLANVM, COX, MICHEL, MENVRET, LECAMVS, BALME, STRACK cet. commemorat Noſter, et Sinenſium medicinam commendat. Praeterea SENNERTI, SENACI cet. obſeruationibus de pulſibus Noſter vſus eſt. Ad differentias pulſuum vulgares rite p. 31.
percipiendas diſtinguenda ſunt pulſatio et pulſus. Siquidem quaedam harum differentiarum ad hunc, quaedam ad illam referuntur: pulſatio conſiſtit in ſyſtole et diaſtole compoſitis, ſiue in contractione ac dilatatione arteriae: pulſus vero pulſationum quarundam ſerie conſtituitur. *Prima* differentia p. 32.
quae reſpicit pulſationem, repetitur a tempore motus, e. c. pulſus celer et tardus; *ſecundam* efficit diſtenſionis quantitas, e. c. magnus et paruus; *tertia* ſentitur in qualitate occurſus et ictus arteriae ſeu in tono et vigore arteriae in feriendo et diſtendendo, e. gr. vehemens et debilis; *quarta* ſpectatur in qualitate tunicarum arteriae, e. gr. mollis et durus; *quinta* attinet quantitatem humorum in arteriae canali contentorum, e. c. plenus et vacuus. *Prima* differentia, quae pulſum p. 39.
ſpectat, definitur a tempore quietis inter pulſationes, e. c. frequens et rarus; *ſecunda* a rythmo, i. e. modo, menſura et proportione quadam, e. gr. eurythmos et arythmos; *tertia* a comparatione, e. gr. aequalis et inaequalis; *quarta* ab ordine, e. gr. ordinatus et inordinatus. In capite ſeptimo, quo diagnoſin ex pulſu Noſter tractat, praecipue oſtenditur, qua ratione organum aliquod affectum eſſe quis ſuſpicari, ſiue deuenire poſſit in notitiam mutationis ſtatus alicuius organi, ſiue illa mutatio contingat p. 61.

tingat

tingat in ſanitate, ſiue in valetudine aut diſpoſitione proxima ad morbum, ſiue in morbo ipſo. Hic reperiuntur cephalici, naſalis, gutturalis, pectoralis, gaſtricus, hepaticus, ſplenicus, inteſtinalis, haemorrhoidalis, vterinus, pulſus veſicae ſiue vri-
p. 64. nae, pulſusque ſudoris. Pulſus organicus dicitur, ſi affectio modificationem pulſus producens non niſi leuis fuerit et tantum momentanee tonum, facultatem vel actionem organi afficiat absque vllo
p. 66. alio vitio aut impreſſione morbifica. En exemplum pulſus organici cephalici, cuius character eſt eleuatio partis digitalis arteriae (ſiue illius partis ſpatii pulſantis, quod manum aegri reſpicit) iam ſub acutiori, iam ſub obtuſiori angulo, parte brachiali arteriae (ſiue parte illa ſpatii pulſantis, quae brachium aegri reſpicit) ad planum ſuum parallela manente cet.
p. 111. Mutatio pulſuum in acutis cernitur in pulſu crudi-
p. 157. tatis, coctionis et excretionis. Cl. MICHEL Pariſiis nouit obſtetricem, quae nullam vteri explorationem inſtituit apud grauidas iisdemque ex ſolo pul-
p. 165. ſu praenuntiat, num ſerio partus inſtet. Agit hic Noſter de diagnoſi et prognoſi compoſita et huc refert pulſus combinatos, qui tum ad diagnoſin, tum ad prognoſin ſpectant: et complicatos Ill. BORDEVII, qui preſſius ad prognoſin pertinent. Com-
p. 166. binatus pulſus eſt, in quo adſunt binae vel plures modificationes, quarum quaelibet ſingulae parti affectae ſiue ſingulae euacuationi propria eſt. Simplici frequentius obſeruatur et diſtinguitur diffici-
p. 171. lius. Pulſus complicatus dicitur: ſi pulſus irritationis complicatur cum pulſu coctionis vel excretionis: ſiue vbi ſtatus irritationis ſe interponit conamini critico et progreſſum criſis impedit: e. gr. talis pulſus eſt conuulſiuus in binis, tribus aut pluribus pulſationibus explicatus, imo etiam excreto-
p. 179. rius in aliis cet. Indicationem curatoriam e pulſibus

bus vix animaduertit Noſter apud veteres, BORDEVIVS vero MICHELIVS, FOVQVETVS hanc rem egerunt. De effectu remediorum ex pulſu diiudicando p. 209. Noſter differens, non hic conſiderat pulſus frequentiam, robur, duritiem, plenitudinem, nec remediorum virtutem ſpecificam, ſed examinat modo effectum remediorum in pulſu irritationis, coctionis et excretionis. Remedium bonum cenſendum p. 210. eſt, ſi pulſus inde explicatur et redditur excretorius, vel e non critico aut complicato reddatur criticus vel ſimplex: nocuit medicamentum, ſi pulſus e critico et explicato fiat conuulſiuus nec criticus, vel ſi e pulſu ſimplici et excretorio fiat complicatus et non excretorius: indifferens eſt remedium, ſi nihil mutet in pulſu et ſi hic talis maneat, vti fuit ante applicationem eius. Circa finem huius p. 217. capitis venit Noſter ad pulſum reconualeſcentium et morientium. Quodlibet organon vitam pecu- p. 222. liarem, facultates et actionem peculiarem habet: aliorum motus tonicus, actio fibrae, ſtimulus, ſpaſmus cet. Noſtro videntur eo redire, vt ſit neruorum actiuitas et vniuerſale eius in corpore dominium, quod irritabilitatem vocauit GLISSONIVS. Ex vita ergo particulari cuiuslibet organi et ex concatenatione vniuerſali neruorum facile patet eorum actio in totum ſyſtema vaſorum ſiue illa immediata fuerit, quatenus ſcilicet nerui eorum tunicas pro maxima parte forſan conſtituunt, ſiue mediate, quatenus vaſa contingunt, circumdant, iis implicantur, aut ipſam muſculorum actionem determinando variam quoque ſanguinis circulationem efficere poſſunt.

Contenta

Contenta in hac parte.